



Xe 216.  
1.





WENCESLAI TRNKA

DE KRZOWITZ

S. R. I. EQUITIS MEDIC. DOCT. IN REG. UNIVERS,  
PESTIN. PRAX. MED. PROF. P. O.

HISTORIA  
HÆMORRHOIDUM

OMNIS ÆVI OBSERVATA  
MEDICA CONTINENS.

---

VOLUMEN I.

---

OPERIS POSTHUMI

EDITIONEM PROCURAVIT  
FRANCISCUS SCHRAUD

IN EADEM UNIVERS. INSTIT. MED. PROF. P. E.

---

VINDOBONÆ,

APUD CHRISTIAN. FRIDERIC. WAPPLER,  
MDCCXCIV.





Lectori benevolo

*Franciscus Schraud*

S. P. D.

Quam cl. WENCESLAUS TRNKA primarius  
quondam apud nos rerum medicarum Professor  
inivit rationem excolendarum privata etiam  
lucubratione carum disciplinarum, quas sum-  
mo non minus cum emolumento auditorum  
suorum; quam insigni nominis sui ad patriæ  
proceres commendatione publice profitebatur;  
eam tanta & adornavit mentis perspicacia,  
rerumque multiplicium comprehensione; & exe-  
cutus est adcuratione, patientia, assiduitate  
que laboris, ut & obtrectatorum, qui primo-  
rum ut præcipue solent viri cl. laborum  
dignitati variis artibus intercesserant, brevi re-  
pellerit invidiam, & bonis omnibus non mi-

nus

nus satisfecerit per ea, quæ sunt ab ipso profecta; quam plurium similis doctrinæ specimenum desiderium commoverit.

Solent, qui aut novis rebus inveniendis, aut certe expoliendis, aptandisque veteribus amant inclarescere, cumque ingenio ferace rerum talium præcipuam se aliquam divinitatis particulam profiteri gloriantur; solent, inquam, hi minus magnifice de iis sentire, qui, quæ promiscue sunt ab aliis inventa, atque proposita, ipsi ordinata serie componunt, & omissis, quæ inuentis suis illuſtrandis, ornandisque una quæque ætas affudit dilucidandi, explicandiisque argumenta, posteriorum temporum lectoribus ob mutatam idearum communium, atque ob viarum conditionem tædio, molestiæque futura; summa solum rerum ipsarum capita, æquabilis, perpetuæ veritatis, nullasque adeo ob seculorum vicissitudines magis, aut minus gratiosa, civibus suis scienda, memoraandaque proponunt. Et tamen Maximiliani Stollius summus ut observandi magister;

ita

ita inveniendi artifex non dubitavit publice  
exoptare, ut omnium ætatum de omnibus  
rebus medicis inventa Trnkaiano calamo scri-  
berentur: sapienter, ac honeste confessus,  
non minus valere judicium debere in censem-  
da inventorum veritate, dignitateque; quam  
ingenium in inveniendo.

Itaque cum vir cl. WENCESLAUS TRNKA  
scriptam sua ipsius manu, omnibusque pagi-  
nis multo ante; quam e vivis decederet, ab-  
solutam de ani in primis hæmorrhoidibus hi-  
storiā duobus voluminibus comprehensam  
reliquisset; cum idem de ea sèpius ad fami-  
liares professus esset, se sibi supra; quam us-  
quam alias, hoc in opere satisfecisse; cum  
denique vel hoc ipso, quanti cum suum labo-  
rem faceret, testatum prodidisset, quod codi-  
cillo sancitum voluit, ut is bibliothecæ uni-  
versitatis nostræ muneri, pignorique perpetuo  
sui in hanc animi traderetur; non dubitavi  
fore, ut bene videar de re literaria mereri, si  
qualemcumque meam operam in historia illa ty-

pis

pis edenda collocarem, caveremque, ne op-  
timo opere præstantissimi auctoris orbis lite-  
rarius careret. Quo edendorum viri cl. post-  
humorum factio initio si intellexero gratiam  
me apud studiosos, curiososque rerum medi-  
carum inivisse, ad edendam hæmorrhoidum  
vesicæ historiam ab eodem concinnatam, bib-  
liothecæque nostræ manuscriptis additam, &  
nonnullas fortassis inaugulares dissertationes,  
quas vir cl. non solitus est perfunctorie scri-  
bere, gradum sum facturus. Vale

Scribebam Pestini Kalendis Martiis  
MDCCXCIII.

Præ-



hujus mali ut minimum nisus experti fuissent.  
 Tacita me s<sup>e</sup>pe tenebat admiratio, dum ægri  
 me consulentes per initia ne eminus quidem  
 hæmorrhoides suspicatum, deinceps vero in  
 symptomatum examine pederentim progres-  
 sum, demum pene inscientem ac velut invi-  
 tum in hæmorrhoidum adyta deduxere. Fre-  
 quentiam porro gravitas morbi si non supe-  
 rat, certe exæquat, sive ad symptomatum  
 numerum juxta, ac vehementiam, sive effec-  
 ta, multiplicemve illius eventum respexeris.  
 Gravissimæ profecto sunt s<sup>e</sup>penumero hæmorrhoides,  
 dum eruptionem facere moliuntur;  
 graviores etiam, dum perpetim, nimioque  
 impetu feruntur; ac ne hilo quidem leviores,  
 ubi vel per ætatem, vel aliunde injecta mo-  
 ra receptui canunt, ut lectione hujus libri sa-  
 tis superque constabit. Varieras denique in  
 affligendo tanta est, ut non abs re mirari su-  
 beat, unum eundemque morbum tot schema-  
 tibus ab se etiam maxime dissidentibus laces-  
 sere posse, quod nec PROTEUM nec MESTRAM

ERYSICHTONIS unquam induisse memoriae proditum est : nihilo tamen secius haud aliis quisquam morbus usque adeo a medicis susquedequa est habitus , ut alii indolis ejus haud pro eo ; ac par erat , gnari omnem illius vim , ac potestatem tanquam nubem pro JUNONE oblata contemtui habentes illum ubique reprimendum ac velut in semine , quoad ejus fieri possit , suffocandum , alii contra parum dispicientes , quid symptomaticas inter , atque insalubres , & criticas hæmorrhoides intersit , easdem nunquam non promovendas foven dasque esse contendent , oppidoque pauci fluxum hunc vel provocandum vel abigendum justis circumscripterint limitibus . Quantum vero a prioribus illis ægri capiant detrimenti , non est , cur multis id verbis persequar : id unum hic pro humana fide , justitiaque silentio mihi prætereundum esse non arbitror , perperam STAHLIO , ejusque discipulis , viris longe clarissimis , criminis dari , quasi vero illi cum prolixius ab se elaborata hæmorrhoidum

doc.

doctrina, nescio quid, novi monstri, ac saluti  
 humanæ damnoſi in medicinam invexerint,  
 effecerintque, ut & pene omnes hodie mor-  
 bi pro symptomatibus hæmorrhoidum habe-  
 antur, & idecirco etiam hæmorrhoides cre-  
 brius, quam oporteret, provocentur; quod  
 calumniæ genus STAHLIO ejusque sequacibus  
 præsertim A. HAEN (a) objecit: „d. STAHLIUS  
 (verba sunt ejus) vir si quis alius in  
 „chemicis versatissimus, speculationibus autem  
 „in medicina supra modum deditus, mutatae  
 „hac in parte medicinæ non experiundo, sed  
 „speculando exstitit faber, quem mox schola  
 „ejus tota, in eaque principes JUNCKER, AL-  
 „BERTI, &c. fecuti sunt. Suspectum vel ideo  
 „dogma, quod d. STAHLIUS ut alibi passim,  
 „ita disertis repetitisque ſæpius verbis in  
 „Epistola ad d. ALBERTI (b) palam fateatur,  
 „om.

(a) Thes. pathol. de hæmorrhoidib. Cap. 4. §. 2. 3.

(b) Hujus tractatui de hæmorrhoidib. præfixa.

„omnesque palam fateantur STAHLIANI, no-  
 „vum plane, insolitum, inanandumque dog-  
 „ma esse. Evidem stat laus sua, honorisque  
 „novis in medicina observatis, quae ejusdem  
 „pomoeria extendant, illustrent, obscura; du-  
 „bia firmant: sed ea jure vituperes, quae ne-  
 „dum experientia nata, sed eidem penitus  
 „adversa reperiuntur.“ Pergit dein per exem-  
 pla ostendere velle, quae objecit. Verum pa-  
 ce HAENII dixero, haud fatis illi mentem ac  
 doctrinam STAHLI fuisse perspectam. Mihi  
 quidem HAENIUS magister olim in medicina ob-  
 tigit; cui me multa salutari in arte debere  
 gratus profiteor; sed D. O. T. O. M. in accep-  
 tis refero; me ita a natura esse effectum, ut  
 nullius magistri in verba jurare in animum in-  
 duxerim. STAHLI sane ejusque sequacium  
 sedulæ lectioni; non HAENII thesibus debo,  
 quod de hæmorrhoidum morbo novi: qua-  
 propter integrō ab assentatione, præjudiciis,  
 odiisque animo tuebor, quod sentio. Audia-  
 mus itaque speculabundum illum sine experi-  
 entia

entia (quam ei HAENIUS contra omnem huma-  
nam fidem controvertit) fabrum STAHLIUM  
(a) de hæmorrhoidibus loquentem: „Sicut...  
„temere, (inquit ipse) hæmorrhoides assuefa-  
„cere, quamdiu spes est, generaliori modo  
„incommodis eorum occurendi, aut ubi pror-  
„sus nihil id urget, non minus insanum fue-  
„rit, quam in temeraria pericula conjectum  
„velle, cum semper dubius fere sit hæmorr-  
„hoidum successus, & consequenter etiam  
„eventus, neque caret malorum successuum,  
„adeoque variorum incommodorum suspicio-  
„ne: ita contra, ubi jam assuefactæ vigent,  
„certior nulla est via, quam promotio ea-  
„rundem, ut nulla præsentior noxa & suc-  
„cedentium spasmodicorum pathematum in-  
„vitatio certior, quam a temeraria talium sup-  
„pressione.“ Prolixe id ipsum postmodo dis-  
cipu-

---

(a) Diff. de motu sanguinis hæmorrhoidalí, &  
hæmorrhoidib. externis. Cap. 10. pag. 29.

cipulus ejusdem M. ALBERTI cum saepius alias  
 (a) tum praesertim singulari dissertatione edita  
 de *hæmorrhoidum salubri & insalubri pro-*  
*motione* (b) inculcavit. At enim vero dixi-  
 ne vel alia, vel plura, vel saniora, vel cer-  
 tiora his ipsis HAENIUS? Quid ergo? Nihilne  
 hic aut novi, aut haereseos a STAHLIANIS?  
 nihil prorsus! Id tantum dederunt operam,  
 ut ex veterum suisque observatis ostenderent,  
 immo) hæmorrhoides morbum esse inter mor-  
 tales vulgatiorem, quam plerisque medicis in-  
 mentem veniat 2do) diagnosin planiorem, vi-  
 dentes hæmorrhoidum molimina toties cum  
 aliis confundi morbis ingenti ægrorum dam-  
 no, ac discriminare: 3to) therapiam, quæ id  
 temporis a bene multis per calida acriaque in-  
 stitue-

(a) Diff. de *hæmorrhoidum præservatione* (4to Halæ 1727. Resp. I. M. SCHWARTZ). §. 3.  
 p. 15. & diff. de *hæmorrhoidib. longævita-*  
*ris causa*. §. 28.

(b) §. 1. p. 8. (4to Halæ 1726. Resp. I. C. WOYK.)

stituebatur, esse summe noxiā, denique ut  
 4to) colligerent omnia, riteque digererent,  
 quæ ad illorum usque ætatem de hæmorrhoi-  
 dibus sparsim in monumentis medicis exsta-  
 bant. Quod si forte nonnulli proprio suo er-  
 rore necessariam hanc doctrinam in praxi ju-  
 sto latius protulere, id his ipsis; non STAHLI-  
 O viro in therapia cautissimo, ac vere HIP-  
 POCRATICO, ut nemo vel BOERHAVII vel  
 HAENII affeclarum magis, est imputandum.  
 Neque jaetat STAHLIUS se nescio quid plane  
 novi, insoliti, inauditique ad medicinam at-  
 tulisse; sed ipsi (a) „in aliquibus passibus  
 „quasi nova quædam res est“ non reapte no-  
 va, nisi quod afferat (b) neminem sibi inno-  
 tuisse, qui ante se de motu hæmorrhoidali  
 i. e. de moliminibus hæmorrhoidum luculen-  
 tam

(a) Diff. de vena portæ posta malorum &c. (4to  
 Halæ 1705. Resp. I. P. GÆTKE) Seſt. 3.  
 p. 46.

(b) Epist. cit. ad M. ALBERTI.

tam dedisset doctrinam. In hocne tantum est  
hæreſeos? Id quidem nemo præter HAENIUM  
tuendum fuscipiet, præsertim cum plurimo-  
rum annorum attentæ obſervationes docue-  
rint, STAHLIUM hic veriſſima docuiſſe. In-  
ficiandum me hercle non eſt, STAHLIUM ejus-  
que diſcipulos, ac præſertim M. ALBERTUM  
in illuſtranda hæmorrhoidum doctrina non  
pœnitendos inſumſiſſe conatus; et ſi forte  
novi quid iis afferere velimus, omni certe  
jure doctrina hæmorrhoidum albarum ad eos  
pertinebit, quarum eti pauci aliqui multo  
ante meminerint, ordinata nihilo minus do-  
ctrina illarum ſolis debetur STAHLIANIS. In-  
tereſa tamen cum illi omne hoc penſum in ſo-  
lis propemodum vel diſſertationibus aca-  
demicis, vel tabellaribus enchiſidiis, vel epiceri-  
ſibus ad ſingulares caſus clinicos complexi-  
ſint, infinitaque jam exſtent, quorum laſpa  
tempora ad hæmorrhoidum historiam accessionem  
fecerunt, pro more iſtitutoque meo  
collegi universa, & in planum, perſpicuum-

que

que redigi ordinem; apud eos initurus (nisi  
me animus fallit) gratiam, quicis nec ætas,  
nec magistri, nec libraria suppellex, nec ex-  
perientia propria horum omnium copiam hac-  
tenus fecit.

SERIES

## SERIES OPERIS.

## P A R S I.

	pag.
CAP. I. §. 1. 2. Definitio	1
CAP. II. §. 3. Genera	4
§. 4. I. Vasa	5
1. Arteriosæ	—
2. Venosæ	8
§. 5. II. Organa	12
a) Ani hæmorrhoides	—
1. Externæ	—
2. Internæ	14
b) Vesicæ hæmorrhoides	16
c) Uteri, vaginæ hæmorrh.	17
d) Penis	18
e) Nasi	—
§. 6. III. Nifus sanguinis	19
A. Molimina hæmorrhoidalia	—
B. Cœcæ hæmorrhoides	20
1. Spuriae	—
b)	—
a) Con-	—

	pág.
a) Condylomata	21
b) Cristæ	22
c) Sycosis	23
d) Thymi	—
2. Veræ	24
a) Figura	—
α. Vesicales	—
β. Uvales	—
γ. Morales	—
δ. Verrucosæ	25
ε. Saccatæ	—
b) Symptomata	26
α. Turgentes	—
β. Tumentes	—
C: Fluentes	27
a) Indoles	28
1. Rubræ	—
2. Albæ	—
b) Copia	—
1. Parcæ	—
2. Moderatæ	—
3. Nimicæ	—
§. 7. IV. Typus	30
1. Anomalæ	—
2. Regulares	31
§. 8.	

## XIX

	pag.
§. 8. V. Causa - - - -	31
1. Prothopathicæ - - - -	—
2. Deuteropathicæ - - - -	32
a) Criticæ - - - -	—
b) Symptomaticæ - - - -	—
§. 9. VI. Status - - - -	—
1. Solitariæ - - - -	—
2. Complicatæ cum - - - -	33
a) Alvi fluxus - - - -	—
b) Leucorrhœa - - - -	—
c) Lithiasis - - - -	—
d) Artuum dolores - - - -	—
CAP. III. Proegumenæ causæ - - - -	34
§. 10. 1. Aetas - - - -	—
— 11. 2. Sexus - - - -	44
— 12. 3. Temperies - - - -	46
— 13. 4. Venarum hæmorrhoid. longit. lax. &c. - - - -	47
— 14. 5. Plethora - - - -	49
— 15. 6. Hæreditaria labes - -	52
— 16. 7. Passio hypochondr. hist.	62
— 17. 8. Tumores - - - -	64
a) Intestinorum - - - -	—
b) Uteri - - - -	—
c) Renum - - - -	65
b s d) He-	

	pag <i>s</i>
d) Hepatis	65
§. 18. 9. Cachexia <i>e</i>	—
a) Atrabilis	—
b) Lithiasis	66
c) Hydrops	67
d) Scorbutus	—
e) Pyofes	—
CAP. IV. Procatarcic <i>e</i> caus <i>e</i>	68
§. 19. 1. Ingesta	—
a) Calida	—
b) Solventia	69
c) Emmenagoga	70
d) Cathartica	72
e) Aloe	75
§. 20. 2. Nixus	78
— 21. 3. Meteorismus	80
— 22. 4. Colluvies	82
— 23. 5. Alvus	83
a) Fluxa	—
b) dura	84
— 24. 6. Graviditas	85
— 25. 7. Pathemata animi	88
— 26. 8. Motus quies	90
a) Quies	—
b) Motus	92
*) Con-	

α) Concussio humero-		
rum , natium -	-	93
β) Vestio, equitatio -	-	94
γ) Concubitus -	-	96
§. 27. 9. Applicata externa -	-	-
a) Cloacarum effluvia -	-	97
b) Topica -	-	98
c) Contagium -	-	-
— 28. 10. Febres -	-	99
— 29. II. Metastases -	-	100
a) Sanguinis -	-	-
α. Hæmorrhagia narium -	-	
β. Catamenia -	-	103
γ. Lochia -	-	107
b) Perspirationis -	-	109
— 30. 12. Coelum -	-	-
CAP. V. — 31. Symptomata -	-	111
— 32. I. Febris -	-	112
— 33. 2. Dolores pruritus -	-	121
a) Capitis -	-	-
b) Spinæ dorsi -	-	122
c) Articulorum -	-	123
α. Arthritis -	-	-
β. Ischias -	-	-
γ. Podagra -	-	124
d) Ven-		

		pag.
d)	Ventriculi	125
e)	Intestinorum	126
f)	Lumborum	128
g)	Ani	129
§. 34.	3. Vertigo	132
— 35.	4. Insania	134
— 36.	5. Spasmi, convulsiones	135
— 37.	6. Anxietas, dyspnoea etc.	139
— 38.	7. Hæmorrhagiæ	—
— 39.	8. Sudores	140
— 40.	9. Meteorismus abdominis	142
— 41.	10. Anus constrictus	143
— 42.	11. Tenesmus	144
— 43.	12. Alvus	145
	a) Fluxa	—
	b) Obstructa	146
— 44.	13. Vomitus	147
— 45.	14. Urinæ excretio	148
— 46.	15. Color corporis	152
— 47.	16. Tumores	154
	a) Erysipelas, phlegmone	—
	b) Varicocele	155
	c) Bubones	157
CAP. VI.	§. 48. Phænomena varicum, &	
	fluxus	159
	L. Tu-	

## XXIII

pag.

I.	Tubercula	- - -	159
1.	Magnitudo	- - -	-
2.	Numerus	- - -	161
3.	Figura	- - -	-
4.	Renitentia	- - -	162
5.	Sensus	- - -	-
6.	Exfudatio	- - -	-
§. 49.	II. Fluxus hæmorrhoidalis	-	163
1.	Humor	- - -	-
a)	Sanguis	- - -	-
b)	Mucus	- - -	165
c)	Pus, fanies, ichor	- - -	-
2.	Quantitas	- - -	166
3.	Tempora	- - -	169
CAP. VII. §. 50.	Diagnosis	- - -	176
I.	Absoluta	- - -	-
A.	Molimum	- - -	-
1.	Causæ	- - -	-
2.	Symptomata	- - -	177
3.	Reversiones	- - -	-
B.	Cœcarum	- - -	-
1.	Externarum	- - -	178
2.	Internarum	- - -	-
C.	Fluxus hæmorrhoidalis	-	179
§. 51.	II. Relativa	- - -	-
		* 2	
			A. Ge-

	PAG <sup>o</sup>
<b>A. Generum</b>	179
<b>I. Externæ, internæ</b>	—
a) <i>Sedes</i>	—
b) <i>Sanguinis</i>	180
c) <i>Effectus</i>	183
<b>2. Tumentes</b>	—
<b>3. Criticæ</b>	184
<b>B. Morborum affinum</b>	155
a) <i>Fluxus</i>	—
1. <i>Dysenteria</i>	—
2. <i>Hepaticus fluxus</i>	193
3. <i>Fistulæ ani</i>	194
4. <i>Ingesta</i>	—
b) <i>Lithiasis</i>	—
c) <i>Tumores</i>	197
1. <i>Inflammatio</i>	—
2. <i>Hæmorrhoides spuræ</i>	—
d) <i>Syphilis</i>	198
1. <i>Sarcomata</i>	—
2. <i>Bubenes</i>	—
3. <i>Gonorrhœæ</i>	—
e) <i>Cancer</i>	200
<b>CAP. VIII. §. 52. Prognosis</b>	201
<i>Duratio</i>	—
— 53. <i>Effectus</i>	—
I. <i>Molimum</i>	—
II. <i>Cœ-</i>	

## II. Cœcarum hæmorrhoidum 208

1. Coitus dolorificus	-	209
2. Impotentia motus	-	-
3. Regurgitatio sanguinis	-	-
4. Abortus	-	210
5. Ruptura vasorum	-	-
6. Prolapsus ani	-	212
7. Abscessus, fistula ani	-	213
8. Gangræna, sphacelus	-	218
9. Occallescentia	-	221

## III. Fluxus hæmorrhoidalis -

A. Boni	-	-	-
1. Prophylactice	-	-	223
2. Therapeutice	-	-	225
a) Insania	-	-	-
b) Coma, apoplexia	-	-	227
c) Oculorum morbi	-	-	-
d) Spirationis difficultas	-	-	-
e) Phthisis	-	-	228
f) Hypochondriaca passio	-	-	-
g) Nephralgia	-	-	229
h) Icterus	-	-	230
i) Hydrops	-	-	-
k) Cutanei morbi	-	-	231
l) Articularis dolor	-	-	231
B. Mali	-	-	238

	Pág.
1. Nymio fluxu - - -	—
a) Cachexia - - -	—
b) Spasmi, convulsiones	243
c) Languor - - -	—
d) Recidivæ - - -	244
2. Aetas junior - - -	246
3. Gravidæ - - -	248
4. Tenuitas acris sanguinis	249
§. 54. Desinunt hæmorrhoides - - -	252
1. Sponte natura - - -	—
2. Senium - - -	—
3. Febris - - -	253
4. Graviditas - - -	256
5. Pathemata animi - - -	257
6. Vulnera ani - - -	—
7. Applicata - - -	258
8. Ingesta - - -	—
9. Vacuationes - - -	—
a) Sudores - - -	259
b) Vomitus - - -	260
c) Ptyalismus - - -	261
d) Phlebotomia - - -	—
§. 55. Interceptio hæmorrhoidum - - -	265
1. Vertigo - - -	266
2. Infania - - -	—
3. Apoplexia - - -	270

4. Pa<sup>o</sup>

## XXVII

pag.

4. Paralyfis	-	-	276
5. Spiratio difficultis	-	-	277
6. Febres	-	-	281
a) Acutæ continuæ	-	-	—
b) Chronicæ	-	-	282
7. Alvus clausa	-	-	288
8. Dysuria, ischuria	-	-	292
9. Tumores	-	-	—
a) Erysipelas, phleg-			
mone, furunculi			293
b) Abscessus, Ulcera			294
c) Scirrhi	-	-	299
d) Cancer	-	-	300
e) Steatomata, athe-			
romata	-	-	301
f) Sarcomata	-	-	303
g) Varices	-	-	306
h) Hæmorrhoides cœ-			
cæ, spuriae	-	-	309
10. Exanthemata	-	-	311
11. Hydrops	-	-	312
12. Dolores	-	-	316
a) Cephalalgia	-	-	—
b) Cardialgia	-	-	317
c) Colica	-	-	—
d) Ischias	-	-	320
e) Po			

	pag.
e) Podagra - - -	321
f) Arthritis, rheumatismus	324
13. Hæmorrhagiæ vicariæ -	329
a) Narium hæmorrhagia -	—
b) Palati - - -	331
c) Aurium - - -	335
d) Hæmoptoe - - -	336
e) Hæmatemesis - - -	340
f) Umbilicalis - - -	343
g) Hæmaturia - - -	345
h) Stymatosis - - -	—
14. Agmina symptomatum -	346
§. 56. 15. Revocatio difficilis -	348
§. 57. 16. Provocatio periculosa, nam	350
1. Hæmorrhoides semper sunt morbus -	—
2. Criticæ sunt tantum minus malum	352
3. Provocatus fluxus potest esse incon-	
gruus, - - - - -	353
4. Pro fluxu oriunt, hæmorrh. cœcæ	
furentes, aut - - - - -	354
5. Stymatosis, hæmaturia &c. - - -	—
6. Fluxus potest esse frustraneus, vel	
noxious, utpote - - - - -	355
a) Internarum hæmorrh. - - -	—
b) Nimius - - - - -	—
c) Parcus - - - - -	—
d) Non levans - - - - -	356
e) Si deinceps suppressus fuerit - - -	—



# HISTORIÆ HÆMORRHOIDUM.

## PARS I. DE INDOLE AC VARIETATE HÆMORRHOIDUM.

---

### CAPUT. I. DEFINITIO.

§. I.

**H**ÆMORRHOIS (*αἷμος* & *ῥροή* ex *αιμα* *sanguis* & *εἴω* *fluō*) vi nominis quidem haud secius ac *diμοργαγία* quemlibet sanguinis fluxum significat, verum ab HIPPOCRATE ceterisque medicis Græcis & hæmorrhoidis, & hæmorrhagiæ vocabulum ita pene semper usurpatum (si paucas quasdam sententias exceperis,) ut isto fluxum sanguinis e naribus; illo ex ano intelligant: quod si is aliunde; quam ex ano, naribusve (ut ex vesica urinaria, utero &c.) accidens veniat indicandus, nunquam non veteres ad hæmorrhagiæ vocabulum simul partis illius nomen adjicere consueverunt,

A

unde

unde sanguis erumpit, neque unquam hæmorrhoidis nomen apud illos hocce eodem in significatu est reperire. Testem ejus rei habemus GALENUM (a) scribentem: „vos me  
„minisse puto ex aliis membris sanguinis  
„profluvia (Hæmorrhagias) cum loci appella-  
„tione semper dici; ex naribus vero nonnum-  
„quam & sine particulæ appellatione sanguini-  
„nis profluvium simpliciter nominari,“ Clari-  
rum, id omnino assertumque esset ni GALENUS  
alibi (b) aut quisquis ille sit finitionum illa-  
rum auctor, novam rei ambiguitatem con-  
ciliasset dicens: „hæmorrhagia — Effusio  
„abundans est sanguinis — Differt hæmorrh-  
„hagia ab hæmorrhoida; quia hæmorrhagia  
„abundans effusio (ut diximus) sanguinis;  
„hæmorrhoidis autem delatio sanguinis est per  
„dissolutionem, ac paulatim facta“. Interea  
nemo non intelligit discriminem hoc & nauci  
esse, & GALENI experientia indignum, &  
apud Medicos Græcos nuspiam usurpatum.  
Hæmorrhagia quidem recte dicitur liberalis  
sanguinis unde eruptio; id tamen haud-  
quaquam eatenus est accipendum, quasi ve-  
ro hæmorrhoidis exilem, ac lentam sanguinis  
vacuationem denotaret; isthanc enim HIP-  
POCRATES (c) nuspiam Vocabulo hæmorr-  
hoidis

---

(a) In Hippocrat, epidem, L. 6. S. 3. II. 18.

Comment. 3 text. 25.

(b) Finition. medic. ad calcem.

(c) Vid. A. Foësii æconom, HIPPOCRAT. p. 350.

hoidis compellavit, verum *συλλικίδιον* vel *απόστραξις*  
 (id est stillicidium,) nomen illi est. Quæ  
 cum ita sint, mirari subit interpretum COI  
 tantam in traducenda hæmorrhoidis voce am-  
 biguitatem ac discrepantiam, ut id prolixo  
 A. HAEN. (a) ostendit.

## §. II.

Verum hæmorrhoidis notio ulterius  
 etiam profertur, medicique hoc nomine non  
 modo sanguinis ex hæmorrhoidalibus vasis  
 profluvium, sed omnem etiam p. n. nifum  
 sanguinis per vasa hæc erumpere molientis  
 intelligunt. Ipse sane

cous (b) nomen hoc ad varices etiam  
 hæmorrhoidales transtulit, de quibus A. C.  
 CELSUS (c) perinde agens,, tertium — ani  
 „vitium (ait) est, ora venarum tanquam ca-  
 „pitulis quibusdam turgentia, quæ sæpe san-  
 „guinem fundunt, *αιμορροΐδας* Græci vocant,  
 „idque etiam in ore vulvæ feminarum inci-  
 dere consuevit.“ Unde etiam G. E. HAMBER-  
 GIO (d) hæmorrhoides sunt „affectus ani —

A 2

qui

(a) Thes. pathol. de hæmorrhoidib. C. 5. §. 12.

Nro. 3. p. 88. sqq.

(b) Lib. de Hæmorrhoidib. p. m. 891. sqq.

(c) De Medicina Lib. 6. C. 18. Nro. 9.

(d) Diff. expon. Doctrinam general. de hæmorr-  
 hoidib. (4. Jenæ 1745. Resp. C. H. SCHNELL.  
 §. I.

„qui a sanguinis impetu majore, quam est  
 „resistentia vasorum sanguiferorum a no-  
 „norum, proxime oriri solent, adeoque  
 „vel per hæmorrhagias, vel per stagnatio-  
 „nes sanguinis in Vasis hæmorrhoidalibus, cir-  
 „ca finem intestini recti sitis se se exerunt.“  
 Cum tamen hæmorrhoidalia Vasa non ad so-  
 lum rectum intestinum abeant; verum aliqui  
 illorum rami ad Vesicam etiam, vel Vagi-  
 nam Uteri commigrent, neque secius ex his,  
 quam illis tam varices hæmorrhoidales, quam  
 sanguinis fluxus nascatur; & cum porro eveni-  
 ente ex his vas in fluxu non semper sanguis,  
 sed interdum etiam mucus (serum,) unde albæ  
 hæmorrhoides dictæ,) &c. cumpere cerna-  
 tur, necessum est, ut definias: hæmorrhoi-  
 des esse spontaneum sanguinis, mucive se-  
 rosi, autichorosi ex Vasis hæmorrhoidalibus  
 profluviis vel præsens vel imminens. Quo-  
 niam vero a potiori; (ut ajunt) fit denomi-  
 natio, fluxusque hic potissimum ex ani Va-  
 sis accedit, isque sæpiissime sanguineus; ea  
 propter haud male dicentur hæmorrhoides  
 esse spontanea Ani hæmorrhagia præsens im-  
 minensve.

## CAPUT II.

### GENERA.

#### §. III.

**G**ENERA hæmorrhoidum a vario illarum  
 qua imminentium, qua fluentium statu de-  
 su-

sumuntur, eorumque Varietatem determinant.

1. Vasa affecta,
2. Organum ea recipiens,
3. Nodus sanguinis in illa varius,
4. Typus morbi varius,
5. Causa,
6. Status morbi.

#### §. IV.

I. *Vasa*, unde hæmorrhoidalis fluxus imminet, vel procedit, si spectemus, continuo occurret dubium, arteriæ, an Venæ sint? Multum a claris Viris hanc in rem disceptatum est, Venas aliis, aliis arterias, aliis arterias juxta ac Venas, tuentibus; nec defunt pro quavis harum Sententiarum probabilia rationum momenta: quibus enim hæmorrhoides non Venosæ; sed

I. *Arteriosæ* prosapiae esse visæ sunt, his potissimum rationibus opinionem suam tenuentur.

a) Hæmorrhagia omnis vel rhexi fit, vel anastomosi, neutrum autem isthic sanguis Venosus efficere valet, juxa I. D. SANTORINUM (a) G. E. HAMBERGERUM (b) E. I. NEI-

---

(a) Opuscul. med. 3. §. 14. p. 159. sq.

(b) Diff. cit. §. 14.

NEIFELDIUM (a) aliosque quandoquidem nullæ Capillares Venæ suis Osculis in cavaum intestini recti abscissæ hiant, quarum anastomosis hæmorrhagiam causaret; nec rhesis Venarum locum habet ob motum sanguinis ab apice versus basin, & e Venis angustioribus semper in capaciores. Si enim id genus rhesis locum haberet, tunc I. A. WEDELIO (b) notante sanguis Venæ portæ ab hujus trunko deberet motu retrogrado urgeri versus ultimas radices venosas in spuris intestini recti glandulis incipientes, visque hæc deberet prævalere vi cordis, & arteriarum sanguinem progressivo motu in hæc Venarum initia pellenti; nemo vero hactenus ejusmodi vim vel posse dari, nedum existere, probavit: idcirco hæmorrhagia ani nullatenus Vasis hæmorrhoidalibus venosis; sed arteriosis tribuenda est. Contendunt porro arteriarum patroni: hæmorrhoidum fluxus, si ex venosis Vasis accideret, sæpe numero perquam profusus, imo letalis, esse deberet, eo quod Venæ lœfæ non ita se se; atque Arteriæ contrahere, fluxumque cohibere valeant: cum autem admodum raro nimius hæmorrhoidum fluxus eveniat, liquido inde colligit NEIFELD (c) profluviū a Venis handquam

(a) Abhandlung von der goldenen Åber §. 43. Sqq.

(b) Diff. de hæmorrhoidib. (Resp. I. A. WIS-

LICENO 4to. Jenæ 1727. §. 43. p. 17.

(c) I. c. §. 44. p. 21. sq.

7  
quam esse repetendum, arteriisque potius  
deberi.

b) Tubercula quoque hæmorrhoidalia  
non esse necessario pro Varicibus Venarum  
hæmorrhoidalium habenda censet. A. DUN-  
CAN; (a) siquidem etiam a Sanguine in cel-  
lulosam Recti effuso ab arteriis generari pos-  
sint, id quod & anatome verum esse confir-  
mavit. Neque absolum etiam est, quod G. R.  
SCHMID (b) tuetur, capillares nempe arterio-  
las ob tunicarum suarum tenuitatem Venosis  
haud magnopere inferiorem, posse æque facile  
in id genus tubercula distendi, sicque vel ana-  
stomosi, vel rhexi illarum eveniente sanguini-  
nis oriri profluvium, ut sit in hæmorrhagia  
narium, Uteri &c. Hoc profluvium sua sponte  
cessaturum, postquam affluentis ad ea Vas-  
cula sanguinis impetus, & copia fuerint im-  
minuta. Huc accedit, quod tubercula hæc non  
raro ex inflammatione atrocissimum creent do-  
lorem, distensioni solarum Venarum nullatenus  
adscribendum, quem arteriæ capillares  
plerumque excitare consuevere. Atque hæc  
funt, quæ pro arteriosis hæmorrhoidibus &  
contra Venosas adferri solent. Quibus au-  
tem hæmorrhoides.

2. Veno-

---

(a) Casu medico q. p. m. 86.

(b) Diff. fist. Virum apoplexia extinctum ab  
hæmorrhoidum inconsulta suppressione (4to. Al-  
torf. 1723.) §. 5. Sqq.

2. *Venosæ indolis esse censentur, ii tam fluxum; quam tubercula hæmorrhoidalia ad Venas referre malunt propterea, quod*

a) *Tubercula dicta ut recte observat*

**I. BOHNUS**, (a) per omnia Varicum venosarum habitum præferant, (ut docet Color e rubro lividus, &c.) nihilque aneurismatici prodant; quippe quæ pulsū in aneurismatis bus percipiundo careant (nisi forsan pulsatilis dolor ab inflammatione superveniat,) & Sanguinis ex iis sponte vel arte apertis eruptio sine jactibus (ut in arteriis lœsis,) sed æquabili tenore, more hæmorrhagiarum Venosarum, fieri observetur. Tubercula hæc eo etiam certius ad Varices esse referenda videntur, quod in majoribus hæmorrhoidalium Venarum ramis a morte plures Varices reperiri solent. (b) Neque dolor atrox & inflammatio plus pro arteriis; quam Venis militant; quandoquidem utrumque hoc malum ii non raro perinde grave experiuntur, qui Crurum va- ricibus conflicantur.

b) *Fluxus vero, cure venis hæmorrhoidalibus accidere non possit, haud dum fatis evictum est, nam etsi per anastomosim contingere utique nequeat, rhexi certe illum evenire*

---

(a) *Diff. de Hæmorrhoidib. Cæcis (Resp. I. I.  
HERING 4to Lipsiæ. 1694.) §. 3.*

(b) *MORGAGNI, de sedib. & Cauf. morb. Epist.  
32. Nro. 10.*

evenire posse facile conficitur. Quemadmodum enim crurum varices nimium sanguine venoso distentæ sponte sœpe, vel a minima certe vi applicata, crepant: ita etiam hæmorrhoidalibus varicibus a scybalis transeuntibus easque comprimentibus accidit. Sed unde, inquiunt, varices? Hæ enim in valvulosis tantum venis enasci possunt; hæmorrhoidales autem venæ externæ, et si valvulis præditæ sint, internæ tamen, de quibus maxime res agitur, illis omnino carent, cum ad sistema venæ portæ valvulis destitutum pertineant. Verum difficultati huic facile occurrit: „nam A. Q. RIVINVM (*a*), si audias,  
 „intelliges minime . . . totam venam portæ  
 „valvulis destitui, sed tantummodo ramifi-  
 „cationes intra hepar se expandentes, utpote  
 „quæ sanguinem propellunt, & arteriarum  
 „vices sustinent, illis carere. Propagines ve-  
 „ro ceteræ sive a visceribus, sive a ventri-  
 „culo, sive intestinis seu aliunde advehant,  
 „omnino istis instrutæ cernuntur, & præci-  
 „pue vena hæmorrhoidalis; quippe quæ in-  
 „ter omnes intestinales maxima seu capacis-  
 „fima, dum sanguinem ab extremitatibus in-  
 „testinorum ad hepar colligit ac deducit,  
 „iisdem minime destituitur (*b*). De cetero,  
 „dum

---

(*a*) Diss. de hæmorrhoidibus apertis (Resp. M.  
 I. c. KÜCHLERO. 4to. Lips. 1709.) §. 8. p. 9.

(*b*) Vid. HARV. de circul. sangu. p. 121. RIO-  
 LAN. enchirid. anatom. de valvul. venar. p.

„dum eadem venæ hæmorrhoidales nodosas  
 „intumescentias, quas varices medici alias  
 „appellant, sub nomine hæmorrhoidum cæ-  
 „carum frequentius sustinent, ipsæque hæ in-  
 „tumescentiae tandem ruptæ fluentes, seu  
 „apertas constitunt, eas valvulis gaudere  
 „satis probabile fit.“ Et quid si pro varicum  
 genesi ne valvulis opus sit? Cum itaque flu-  
 xum hæmorrhoidum venosum ex vasis accidere  
 posse nil obstet, si alia insuper phænomena  
 hujus fluxus attente expendantur, illa hunc  
 magis e venis quam arteriis proficisci per-  
 suadent. Namque iste vix unquam sine tu-  
 berculis præviis accidit, ut proinde ex illo-  
 rum rhexi (i. e. ex varicum ruptura) semper  
 cum contingere merito censendum sit; quod  
 si per anastomosin arteriolarum eveniret, ni-  
 hil ullis tuberculis præviis opus foret. Imo  
 inermi plerumque oculo hiatum in conspicuis  
 his varicibus detegere est, unde sanguis hæ-  
 morrhoidalii sub fluxu scaturit. Porro fluxus  
 hic notante STAHLIO (*a*) non est hæmorrhagia  
 perennis (ut in arteriarum anastomosi,  
 ubi hæc non prius conquiescit, quam immi-  
 nuto

106. BARTHOLIN. anatom. reform. Lib. I.  
 Cap. 2. & 3.

(*a*) Diss. de motu sangu. hæmorrhoidalii, & hæ-  
 morrhoidibus externis (Resp. H. S. JUCH. 4to  
 Halæ 1698) Cap. 3. p. 9.

nuto sanguinis ad eas impetu & copia illæ se se denuo contrahere valeant), sed per vi-ces resuscitabilis, & ut plurimum sub egestio-ne alvina, dum nempe varices a fece alvina transeunte compressæ crepant identidem. Qui igitur singula hactenus dicta expenderit, ne ille hæmorrhoides ad venas magis, quam arterias referet; ut ut inficiandum non sit, fluxum hæmorrhoidum etiam ab arteriarum hæmorrhoidalium anastomosi aliquando pro-duci posse, quod A. HAENIO (*a*) admodum probabile visum est. Quod autem NEIFELD raro immodicum hæmorrhoidum fluxum ac-cidere afferat, idque ab arteriarum contractio-ne post moderatam depletionem vasorum re-petat; alioquin vero, si ex venis fueret san-guis, enormes hæmorrhagias sæpius, nec raro letales, metuendas fore (quod nempe ve-næ læsæ haudita, atque arteriæ, contrahere se se valeant) contendat, id certe tanti non est; quis enim casuum hæmorrhoidalium, qui apud auctores existant (*b*), gnarus ignorat, immodicum hæmorrhoidum fluxum haud ita rarum esse, atque illum sibi nobisque per-suadere vult NEIFELD? Et si arteriarum contraictitas in causa esset, quo minus fluxus hic nimius evaderet, cur nihilo minus iste toties, imo letalis etiam (*c*), accidit? Ar-te-

(*a*) I. c. Cap. 1. §. 9. p. 5. sq.

(*b*) Vide §. 49. Nro. 2.

(*c*) Vide §. 117. β.

teriarum sane patroni plures difficultates ex-  
hauriendas habent, quam qui pro venis stant.

§. V.

II. ORGANA, per quæ vasa hæmorrhoidalia distribuntur, perinde varia hæmorrhoidum genera suppeditant; hæc inter

a) *Ani hæmorrhoides* primas tenent; quandoquidem hæmorrhoidalia vasa vel maxime ad intestinum rectum pertinent, istudque etiam ab hæmorrhoidal morbo ut plurimum lacefitur. Cum autem duplicitis originis hæmorrhoidalia sint vasa, quorū alia extus, intus alia intestinum rectum perreptant: hinc etiam ani hæmorrhoides aliæ externæ sunt, aliæ internæ.

1. *Externæ hæmorrhoides* ani dupliciti sub notione accipiuntur: alii enim hæmorrhoides externas eas vocant, quæ extra cavum intestini recti circa ani orificium pullulant; ast id minus proprie: alii contra eas dici voluerunt externas, quæ a vasis hæmorrhoidalibus dictis externis progignuntur, arteriis nempe, ac venis hujus nominis. Arteriæ namque hæmorrhoidales externæ duæ sunt, dextra ac sinistra, oriundæ ex sui quæque lateris arteria iliaca interna, seu hypogastrica, ac speciatim ex 4to ejus ramo, cui nomen arteria pudenda communis vel pudenda magna

magna vel pudenda hypogastrica interna. Hæ binæ arteriæ hæmorrhoidales externæ decur-  
runt intra duo illa insignia ligamenta, os  
ischii cum sacro nectentia, datoque prius  
ramo ad bulbum urethræ, & corpus caverno-  
sum penis, deinde limbum intestini recti al-  
luunt, ac proinde ad externam hujus inte-  
stini faciem decurrunt: unde & hæmorrhoida-  
les externæ dicuntur. Venæ autem hæmorrhoida-  
les externæ ab his ipsis arteriis ortæ mul-  
tis ac velut serpentinis gyris anum amplexæ,  
inde inseruntur in venas hypogastricas, hæ  
in iliacas internas, istæ in cavam adscenden-  
tem. „Perquam vero notatu mihi videtur  
„dignum, inquit M. ALBERTI (a), adumbra-  
„ta hæc vasa, si ad ani marginem pervene-  
„runt, ibidem cum internis hæmorrhoidalî-  
„bus mutua anastomosi ita coalescere, ut  
„his hydrargyro impletis & nullo negotio  
„inde in hæmorrhodialia externa se protrudi,  
„ex his autem simili facilitate in hæmorrhoi-  
„dalia interna retrudi, sicque ultro citroque  
„in illis moveri patiatur Excell. CASSEBOH-  
„MIO aliquoties hoc omnium oculis subji-  
„ciente, cui etiam alter testis accedit VINS-  
„LOWIUS (b), qui idem hisce verbis diserte  
„tradit: hæmorrhoidales externæ communi-

„cant

(a) Diss. de consensu calculi cum hæmorrhoida-  
bus externis (Resp. I. H. PREHN. 4to. Halle  
1739.) §. 6. p. 9.

(b) Anatom. T. 3. de venis. §. 183.

,,cænt cum internis a vena parva meseraica  
,,(una de ramis venæ portæ) oriundis." Cognita ergo ita vasorum hæmorrhoidalium extenorū origine ac insertione utilissimum deducitur hocce corollarium (a): *Fluxu hæmorrhoidum externarum fit directa, citata, ac generalis totius systematis vasorum (præter systema venæ portæ, quod tunc & lentius & parcus depletur,) depletio, i. e. imminutio plenioræ universalis.*

2. Internæ porro ani hæmorrhoides rursus vel illæ dicuntur, quæ intra cavum intestini recti delitescunt non conspicuæ, nisi forte ano p. n. protrusæ, vel rectius illæ, quæ a vasis hæmorrhoidalibus internis dictis producuntur, arteriis nempe, ac venis ita compellatis. Hic quoque duæ sunt (non una, ut quibusdam visum) arteriæ hæmorrhoidales internæ; at non ex uno, eodemque trunco communi oriundæ: una illarum conspicuæ est magnitudinis, oriunda ex arteria colica sinistra (quam conflant primi duo rami arteriæ mesentericæ inferioris,) se sequente in interiora intestini recti pluribus ramis dispergens; quorum e finibus totidem dein venosi surculi exorti confluunt in venam hæmorrhoidalem internam, seu meseraicam minorem, quæ inseritur vel immediate trunco venæ

---

(a) HAEN. I. c. Cap. I. §. 3.

venæ portæ ventralis, ita ut in angulum a splenica, & meseraica magna factum (dum in truncum venæ portæ confluent) se se implantet, vel venæ meseraicæ magnæ, vel venæ splenicæ, ut STAHLIUS (*a*) ipse vidit, vel cum hac in unum prius truncum confluit, qui deinde crus lœvum venæ portæ constituit. Hæmorrhoidalis hæc interna vena subinde in cadaveribus enormiter distenta reperitur, ubi in vita hæmorrhoides internæ ægrum afflxere. Sic apud A. VESALIUM (*b*) „quidam inordinatus vicibus (ut mulieres suis mensibus) sanguinis fluxu ex venis in anum pertinentibus vexari consueverat, & cum ex nigro arquato, jecorisque mira duritic periisset, numerus portæ rami an cavæ hunc sanguinem evacuant, indagaturus (Auctor) illum dissecuit, atque venæ portæ ramum sub coli intestini fine, & tota recti longitudine in mesenterio ductum pollicis fere crassitatem æquare, & sanguine turgere animadvertisit, conterminis venæ cavæ ramis nihil prorsus immutatis.“ Ex hac iterum vasorum hæmorrhoidalium interiorum notitia sequens fluit corollarium (*c*): *Fluxu hæmorrhoidum internarum fit directa, cito & copiosa depletio systematis venæ portæ; lenta vero, ac parca totius reliqui*

*sy-*

(*a*) Diss. cit. Cap. 5. p. 15.

(*b*) De Corp. hum. fabrica. L. 5. C. 15.

(*c*) HAKN. I. c.

*systematis vasorum; ut proinde hoc fluxu plethora totius non adeo imminuatur.* Altera porro arteria hæmorrhoidalis interna, priori minor, est WINSLOWIO (*a*) notante ramus arteriæ glutææ (quæ est secundus arteriæ hypogastricæ ramus): hæc adhuc in pelvi obligat modo dictum ramum sat conspicuum ad intestinum rectum, qui internos illius parietes subiens ibi cum ramis prioris hæmorrhoidalis internæ arteriæ anastomoses facit. Ostendebat hanc alteram arteriam hæmorrhoidalem internam sæpius, testante id M. ALBERTI (*b*), suis auditoribus CASSEBOHM; verum utrum illa comitem suam habeat venam, & quorū ista, si adest, inseratur, ad hypogastricam ne, an hæmorrhoidalem internam venam, haut dum est dedecatum: unde nullum etiam determinatum pro specifica ejus actione canonem condere est integrum.

*b) Vesicæ hæmorrhoides.* Vesica urinaria & si nulos directe ramos a vasis proprie hæmorrhoidalibus accipiat; accipit tamen arterias a pudenda externa (quæ cum trunco hæmorrhoidalis externæ enascitur ex eadem pudenda hypogastrica interna), cuius rami vesicæ ipsi, ejusque collo prospiciunt: unde sanguis in ramos arteriæ hæmorrhoidalis exter-

(*a*) L. c. de arteriis. §. 242. sq.

(*b*) Diff. cit. §. 7. p. 9. sq.

ternæ ingredi quacunque de causa non valens, facile in vicinissimæ arteriæ pudendæ externæ ramos regurgitans vesicam & ejus collum lacesset, ut alibi (a) visuri sumus.

(c) *Uteri, vaginæ hæmorrhoides;* CÆSO  
 (b) jam non ignotæ, & quarum exempla suis deinceps locis daturi sumus ex Varfaviensi nosocomio (c) ALIXIO (d) & COKEBURNIO (e). Neque alliis (f) genus hoc hæmorrhoidum obscurum fuit. Arteriæ nempe uteri, ac vaginæ cum hæmorrhoidalibus externis eadem e Stirpe oriuntur: namque vel utræque ex arteria pudenda communi ortum ita capiunt, ut ex posteriore ejus ramo hæmorrhoidalis externa, & ex anteriore (cui prudenda externa nomen) arteriæ uteri, ac vaginæ prodeant, vel certe (quod maxime in feminiis accidit) pudenda externa ex ipsa hypogastrica enascitur, cuius ex 4to. ramo (pudenda hypogastrica dicto) hæmorrhoidalis externa propullulat. Hinc si sanguis in hæmorrhoidales ramos haud satis expedite influere possit, facile in uteri, ac vaginæ arterias regurgitare valet.

d)

(a) Vide histor. hæmorrhoid. vesicæ §. 14.

(b) L. c.

(c) Vide histor. hæmorrhoid. albar. §. 2. I. Nro. 3.

(d) Vide §. 115. Nro. 2.

(e) Vide §. 53. II. 1.

(f) Vide §. 55. Nro. 13. h)

B

d) *Penis hæmorrhoides seu stymatosis hæmorrhoidalis*; dum nempe sanguis per hæmorrhoidalia externa vasa exitum non nactus ad penis vasa urgetur: hujus enim corpora cavernosa & bulbus urethræ ramos ex ipsis arteriis hæmorrhoidalibus externis nanciscuntur, antequam hæ ad anum ipsum appellunt. Exempla stymatosos hæmorrhoidalis inferius referentur. Non sunt hic etiam silentio prætereundæ.

e) *Nasi hæmorrhoides* a M. A. SEVERINO  
 a) descriptæ; quæ tamen nullo pacto hoc pertinent, seu vasorum hæmorrhoidalium imo in ventre situm, seu sanguinem ab his ad superiora regurgitantem spectes; nam nihil & in historia, & curatione mali reperias, quod hanc regurgitationem probaret. En verba ipsa auctoris! „Intra nares ad imam cartilaginem obortum tuberculum aliquando se obtulit, quod polypum aliis vocari placuit, „at non mihi; propterea quod rubicundius, „& carnulentius minime pendulum, aut loco „mobile, sed confixum cartilagini, extansum, que in ipsa velut naricula lauri baccæ semiflisis magnitudine. Omnibus autem modis „Arabum medicorum hæmorrhoides suspicari licuit . . . Verum has five hæmorrhoidas, „five

---

(a) De effic. med. chirurg. effic. P. 2. de paracenth. cap. 8. & de abscessib. L. 4. C. 9. §. 8.

„sive polypum attrectare ferro cum medici  
 „nostrī non auderent , punctione per scal-  
 „prum ego repressi. Quam punctionem cum  
 „primū exhorruisset , diuque refugisset mu-  
 „lier (fuit enim monialis templi incurabilium),  
 „facta mox securior a levamento percepto  
 „non levi post primam incisionem, ultro de-  
 „inde ipsa ad alteras punctionas , novosque  
 „exinanitus me compulit ; quibus in dies  
 „factis perpetuo recedens abolitus est tumor  
 „omnis.“ Hujusmodi autem tumores vere  
 hæmorrhoidales alibi (a) sumus visuri; at ali-  
 am exigunt curationem.

### §. VI.

III. NISUS *Sanguinis* in hæmorrhoida-  
 lia hactenus dictorum organorum vasa vari-  
 us , exsertus triplicem producere solet effec-  
 tum : vel enim vasa reserando fluxum causat ;  
 vel in hisce , non illico referandis , accumu-  
 latus ea in tumores variæ molis , ac figuræ  
 distendit ; vel denique sola illorum citra ul-  
 los tumores observabiles distensione , aut  
 solo motu inordinato varia symptomata mor-  
 bosa progignit. Unde

A. *Molimina hæmorrhoidalia* primam  
 quasi hujus morbi Scenam (utut non in om-  
 nibus)

B 2

nibus)

---

(a) Vide §. 55. Nro. 9. f) & Nro. 13. a)

nibus) ordiuntur, suntque nil; nisi variæ functionum lœsiones ortæ a sanguine uberioris ad hæmorrhoidalia vasa contendente, i. e. sunt spontanea ani hæmorrhagia remote imminens. Quanta horum symptomatum sit saepe varietas, intensitasque, suo postmodo dicetur loco. (a)

B. Cœcæ hæmorrhoides porro, quas veteres siccas dixerunt (b) sunt hæmorrhoidalium vasorum tumores a copiosius in illa congesto sanguine, fluxum moliente, qui vulgo noduli vel tubercula hæmorrhoidalia vocantur, i. e. sunt spontanea ani hæmorrhagia proxime imminens. Sunt autem cœcæ hæmorrhoides aliæ spuriæ, aliæ veræ.

I. Spuriæ sunt varia circa anum sarcinata. Multi illas nihil cum veris hæmorrhoidibus commune præter locum habere volunt; quippe, quæ alius longe, quam veræ, sunt originis, & plerumque vel nefandæ sodomiæ, vel certe labi syphiliticæ debeantur. Alii contra ad hæmorrhoidum verarum censum non abs re contendunt esse referendas; siquidem & ortum suum localem, genesimque ab hæmorrhoidalibus vasis p. n. productis capiant; & veræ etiam hæmorrhoides quandoque

(a) Vide §. 31. sq.

(b) A, MASSAR, Praet, med. L, 3. C, 24.

que citra ullam aut sodomiæ aut celticæ luis culpam in id genus degenerent sarcomata : quod posterius & J. A. WEDELIUS (a) tuetur, & DIETERISCHS (b) luculento comprobat exemplo. Sarcomatum horum doctrinam seorsim plerumque Au<sup>t</sup>tores tradunt, nempe AMATUS (c), CELSUS (d), HEISTERUS (e), & alii (f). Nos pauca tantum, quæ ad rem præsentem faciunt, attingemus. A varia nempe forma, quam spuriae hujusmodi hæmorrhoides præferunt, varia na<sup>c</sup>tæ sunt nomina, scilicet.

a) *Condylomata* (κονδυλώματα), quæ sunt callosa carnis circa anum excrescentia, instar articuli, quem condylum vocant, prominens (g). P. FORESTUS (h) autem „condylomata „(inquit) juxta neotericos quosdam sunt hæmorrhoides siccæ, & tuberositates ani sparsæ „sine pede, a quibus nihil manat sanguinis, „sed interdum quædam humiditas aquosa.“

Et

---

(a) Diff. de hæmorrhoidib. (Relp. I. A. WISLI-  
CEN 4to Jenæ 1727) §. 15. p. 9.

(b) Vide histor. I.

(c) Curat. med. Cent. 2. Cur. 87.

(d) L. c. lib. 6. cap. 18. Nro. 7. 8. & libro 7.  
cap. 30. Nro. 1. 2.

(e) Institut. chirurg. P. 2. S. 5. C. 165.

(f) V. I. G. WALThER. Silva med. p. 69.

(g) CASTELLI. Lexicon. med.

(h) Observ. & cur. med. lib. 23. schol. ad obs. 8

Et alibi (a): „condylomata dicunt esse emi-  
„nentias aliqualiter longas, & in cuspide ma-  
„gis acutas.“ Duorum ipse ægrorum casus  
describit, quorum alter (b) hæmorrhoidalia,  
alter (c) vera condylomata habuit, & seni  
TURNERI (d) hæmorrhoidalia condilomata  
letalem in gangrænam abiere.

b) *Christæ* sive hæmorrhoides cristatæ.  
Has J. L. DIETRISCH (e) dividit in malignas  
veneras, & benignas symplexæ: istæ „sunt  
„p. n. protuberantiae membranoso - vasculosæ  
„ad instar christarum gallinæ inferiorum pen-  
„dulæ, tenues, plicosæ, partim intensius  
„partim pallide rubentes, vel molles, vel  
„nonnihil duræ, circa orificium ani sitæ, ab  
„extensione & relaxatione interioris rugosæ,  
„& cellulosaæ membranaæ insimæ extremitatis  
„intestini recti natæ ex congestis, & stag-  
„nantibus humoribus seroso - sanguineis in  
„vasis hæmorrhoidalibus inferioribus, & ex-  
„ternis elevatæ cum dolore, tenesmo diffi-  
„cultate desidendi, alvumque exonerandi con-  
„juncta. „ Rarum illarum, ac luculentum  
præ-

(a) Ibid. schol. ad obs. 9.

(b) Ibid. obs. 7.

(c) Ibid. obs. 8.

(d) Vide §. 53. II. Nro. 8.

(e) Diff. fistens observationem de hæmorrhoid.  
cristatis (4to Altorf. 1764) §. 2.

præmisit casum (a). Ad hasne, an malignas referenda est observatio ab J. D. GOHLO (b) descripta ? his autem cristi comites interdum sunt *Rhagades* (*ραγαδες*) seu anni fissuræ, i. e. „ulcera uteri, & sedis diducta in fissuras . . . iis similes quæ inferius labrum & manus, pedesque dilacerant.“ (c)

c) *Sycosis* (*σύκωσις*, *σύκωμα* fucus) *mari-*  
scæ Latinis, de quibus Poeta. (d)

*Cœduntur tumidæ medico ridente mariscæ.*

Sunt nempe tumores similes thymis, at maiores, venereæ ut plurimum prosapiæ, aliquando tamen ex hæmorrhoidibus oriundi.

d) *Thymi* (*θυμος* nomen desumptum est FORESTO (e) notante a corymborum herbæ montanæ similitudine) sunt excrescentiæ turgidæ, asperæ, oblongæ, subrubræ, in excisione plus sanguinis præbentes, quam magnitudo illarum promittit, rarius faciei, plurimque ano, pudendis, femoribusque infestæ,

(a) Vid. histor. 1.

(b) Acta med. Berolin. dec. 1. vol. 5. sect. 2.

Nro. 17. p. 35.

(c) FOREST 1. c. obs. 10.

(d) MARTIAL.

(e) L. c. scol. ad obs. 9. conser. schol. ad obs. 3.

stæ, variæ magnitudinis. Alia, quæ minus  
huc faciunt, excrescentiarum genera in FON-  
RESTO (a) videri a lectoribus possunt.

2. *Veræ autem hæmorrhoides cæcæ* sunt  
varices venarum hæmorrhoidalium, quæ rur-  
sus a varia figura, ac mole, variisque sibi  
symptomatibus conjunctis varia nomenclatae sunt  
nomina, videlicet spectata.

a) *Figura dicuntur aliae*

a. *Vesicales*, quæ albicantibus piscium  
vesiculis sunt similes; aliae

b. *Uvales* i. e. rotundæ, latæ veluti  
acini uvarum lividarum teste coq; (b) aliae

γ. *Morales* i. e. mori fructui similes,  
de quibus HIPPOCRATES (c) „venæ (ait)  
„sanguinem fundenti & tuberosam quandam  
„eminentiam habenti veluti mori fructus ad-  
„nascitur & siquidem tuberosa eminentia  
„foras valde prominet, ei circum circa oper-  
„culum carnosum adhaerescit. “ Aliæ deni-  
que sunt

d. *Verru-*

(a) Ibid.

(b) L. c. p. m. 891.

(c) Ibid. p. m. 893.

*d. Verrucosæ*, quas et si ALEXANDER  
VERONENSIS apud FORESTUM (a) ad condyloma-  
tum relatas velit, ad veras tamen illas refert  
G. E. STAHLIUS. (b) Longæ nempe sunt, ver-  
rucisque similes. Huc vero etiam perti-  
nent hæmorrhoides.

*e. Saccatæ* I. C. A. THEDENII. (c) „Auc-  
„tores (inquit ille) notitiam nobis hæmorr-  
„hoidum cæcarum cum dolentium, tum tur-  
„gentium reliquerunt; sed quas ego saccatæ  
„voco, de his nihil, quod sciam, apud  
„istos exstat; nisi forte eas hic referre quis  
„volet, quarum PLATNERUS (d) meminit.  
„Saccatæ hæmorrhoides mihi sunt ea intesti-  
„ni recti intumescentia, ubi a sanguine hæ-  
„morrhoidalí vena hæmorrhoidalis interna  
„usque adeo distenditur, ut saccos jam par-  
„vos, jam majusculos efformet, qui inter-  
„dum, quemadmodum hæmorrhoides cæcæ  
„ani Orificium vel undique vel uno tantum  
„ex Latere obsidentes cum levamine crepant;  
„interdum vero non crepantes evadunt præ-  
„grandes cum variis gravibus, ac non abi-  
„gendas incommodis & chlorotico quasi  
„ægro-

(a) L. c. schol. ad Obs. 3.

(b) Colleg. casu. magn. casu 16. p. 191.

(c) Neue Bemerk. und Erfahrung. zur Bereiche-  
rung der Wundarzney. 1. Theil. 4. Abschnitt  
p. 59.

(d) Einleitung in die Chirurgie 2. Theil. §. 10.  
§6. sqq.

„ægrorum misere degentium habitu; nam  
„stagnans hic sanguis putrefcere, ac putridi  
„quid resorberi, omnibusque his incommo-  
„dis occasionem præbere potest.“ Exem-  
pla harum faccatarum hæmorrhoidum ab Auc-  
tore visa inferius (a) in medium adferentur.

b) Symptomata porro hæmorrhoidalibus  
varicibus vel nulla insignia juncta sunt, præter  
aliquam tensionem, & leviora quædam alia  
incommoda, vel vero gravia superveniunt, ac  
vel maxime inflammatio admodum dolorifica,  
unde hæmorrhoides cæcæ sunt rursus.

a. *Turgentes*, de quibus HAMBEGERUS  
(b) „hæmorrhoides (ait) cæcæ turgentes,  
„vel indolentes consistunt in vesiculis san-  
„guine plenis, circa limbum ani externum  
„plerumque conspicuis, quæ nec inflamatæ  
„nec per se dolorificæ sunt; nisi quod sub  
„alvi excretione tensivas molestias produ-  
„cant, eoque majores, quo recentiores sunt  
„hæ vesiculæ“ lividæ, tactuque molles.

b. *Tumentes* vero, & intensiori in gra-  
du furentes etiam dictæ, sunt, quas insignis  
dolor (subinde intolerabilis) comitatur, præ-  
fertim ubi simul vehemens juncta est inflam-  
matio cum varicum duritie, quo in Casu fu-  
rentes

---

(a) Vide §. 117. b.

(b) Diff. cit. §. 51.

rentes id genus hæmorrhoides ad tumores inflammatorios, ac ad veros furtunculos referunt ALBERTI (a) ac STAHLIUS. (b)

C. *Fluentes hæmorrhoides* demum sunt ipsa spontanea ani hæmorrhagia actu procedens. „Dicimur fluxum hæmorrhoidum ha-  
„bere, inquit H. F. DELIUS. (c) dum  
„cum majori, minorive, aut nullo sæpe  
„dolore plerumque sub alvi egescione (ut  
„ut etiam sæpe sine hac) sanguis ex ano  
„prodit — qui haud raro dejectionis tan-  
„tum tempore sub ultimis nixibus vel in gut-  
„tis aliquot, vel striis cruentis interfeces,  
„alias vero purus etiam sanguis citra ullos  
„nexus, & inopinate erumpit, ut in indusis  
„tantum observetur, aliquando autem tam  
„ubertim, ut pro illo excipiendo subjectis  
„linteis opus sit.“ Per mirum autem est  
hæmorrhoides, referente I. STORCHIO, (d)  
quarum in vita non nisi molimina aderant, a  
morte fluxisse viro cuidam ex cachexia phthisico,  
idque ad sepulturam usque. Ceteroquin  
vero fluentium quoque hæmorrhoidum com-  
plura sunt genera, ab indole nempe, &  
copia profluentis humoris pendentia. Idecirco.

a) In-

(a) Diff. cit. §. 14. p. 17.

(b) Dis. cit. Cap. 9. p. 25. sq.

(c) Fränck. Samml. 7. Band 42. St. Nro. 1. p.  
381. sq.

(d) Obs. clin. ann. 3. Junii Nro. 4. p. 375.

a) Indoles fluxus si spectetur, sunt

1. *Rubræ hæmorrhoides*, dum earum fluxu sanguinis crux excernitur, quod potissimum evenire consuevit.

2. *Albæ autem hæmorrhoides* vocantur, dum humor quidam albicans ano excernitur. De his alibi (a) scorsim agetur.

b) Copia vero fluxus spectata, sunt

1. *Parcæ hæmorrhoides*, vel quod minori quam alias copia procedant, vel quod plethoram non satis imminuant nec symptomata levent.

2. *Moderatæ* vero illæ dicuntur, quæ sine sensibili virium imminutione, & cum euphoria symptomatumque, si qua præcessere, levamine prorumpunt. Denique.

3. *Nimiæ* sunt, quæ sublato per fluxum impetuofum, vel diuturnum, vel cœbrum inter humores ac vasa æquilibrio functionum insignem post se trahunt læsionem, sumمام nempe virium debilitatem, cum sani prius coloris mutatione in pallidum, ac subiectericum, quæ sunt propria nimii fluxus hæmorrhoidi.

(a) Vid. histor. hæmorrhoid. albar. §. I. & 2.  
II. B.

hoidalis criteria (a) sine quaeis iste, et si libe-  
ralis fuerit, nimius dici non debet. Utrius-  
que exempla varia inferius (b) dabuntur, &  
sane plurimum interest, fluxum hæmorrhoi-  
dalem nimium a liberaliori discernere, ne in  
medela aberretur, cumque non e copia san-  
guinis excreti, sed ex effectibus metiri; fal-  
lit enim copia, quæ eadem in uno nimia;  
in alio mediocris ab effectu censenda est. Hinc  
scite E. RUDIUS. (c) „ qui dejectiones non  
„ penes virtutem; sed penes copiam mensu-  
„ rant, patientes in maxima discrimina de-  
„ ducunt, dum ante tempus eas suppressim  
„ aggrediuntur; quandoque enim exeunt. 4.  
„ & 5. **tb** sine virium detimento, nonnun-  
„ quam neque duæ sine maximo nocumento  
„ excernuntur.“ Ceterum notante F. HOFF-  
MANNO (d) „ sanguis in nimio hoc proflui-  
„ vio ater plerumque in principio excerni-  
„ tur, valdeque grumosus, interdum etiam  
„ in frusta, quæ palmam manus æquant,  
„ coactus e varicosis vasis evacuatur;  
„ postea sequitur rubicundus, & demum  
„ admodum serosus quandoque pituitosus,  
„ sive mucus albuminis ovi speciem habens.

„ Copia

(a) L. Riverii Prax. med. L. 10. C. 10. HOFF-  
MANN. med. rat. syst. T. 4. P. 2. S. 1. C. 4.  
thes. path. §. 1.

(b) Vide §. 49. Nro. 2.

(c) Art. med. L. 2. C. 35.

(d) L. c. §. 3.

„Copia sanguinis excreti nonnunquam op-  
pido magna.“ Plerumque autem nimium  
hæmorrhoidum fluxum præcedunt varia sym-  
ptomata spasmodica, testibus ALBERTIO (a)  
ac HOFFMANNO (b) ut sunt horrores, pul-  
sus contractus, dolores, flatulentia, ~~et~~ a pal-  
lida, &c. quæ a liberali fluxu absunt.

### §. VII.

IV. *Typus porro morbi varius esse so-*  
*let, ita tamen, ut ad bina sece genera redu-*  
*ci patiatur, quorum constituunt unum*

1. *Anomalæ hæmorrhoides* quæ a dup-  
lici sanguinis nisu proveniunt, nimirum vel  
directo versus annum, attamen aut exorbi-  
tante, aut insufficiente ad moderatum, pa-  
catumque fluxum producendum, vel regur-  
gitatorio, eoque aut laterali deyeo, aut re-  
trogrado sursum in abdomen, thoracem, ca-  
put, &c. Ac proinde anomalæ hæmorrhoi-  
des sunt, quæ vel fluxum inter morbosa symp-  
tomata moliendo hunc aut nunquam, aut ægre  
admodum (i. e. parcum, rarum, vagum,) aut etiam nimium (ubertate, frequentia vel  
diuturnitate) inducunt, vel ob regurgitantem

a va-

---

(a) Diff. de hæmorrhoidib. excedentibus. §. II.  
sq. Tract. de hæmorrhoidib. P. I. p. 194. sqq.

(b) L. c. §. 2.

a vasis ani alias in partes sanguinem harum functiones lœdunt. Hæmorrhoidum anomaliarum doctrinam prolixa dissertatione complexus est M. ALBERTI; (a) exempla vero illarum prorsus varia passim deinceps (b) occurent. Alterum porro typicarum hæmorrhoidum genus constituunt.

2. *Regulares hæmorrhoides* i. e. quæ debito tempore, justa copia ex ani vasis fluent sine insigni molestia, imo cum euphoria. Hujus quoque commatis exempla deinceps (c) occurunt.

### §. VIII.

V. CAUSA item hæmorrhoidum genera duo suppeditat, cuius intuītu sunt illæ.

1. *Protopathicæ*, quæ tantum modo ex sex rebus non naturalibus progignuntur circa ullum alium præsentem, prægressumve morbum, cui imputari possent. Hujusmodi sunt hæmorrhoides ab ingestis variis, (d) anixibus (e) motu (f) &c, concitatæ. Contra ea

### 2. Deu-

(a) Diff. de hæmorrhoidum anomalis in Tract. de hæmorrhoidib. P. I. p. 307. 1qq.

(b) Vide §. 53. I. II. Nro. 8, III. B. Nro. I. §. 55.

(c) Vide §. 49. Nro 3.

(d) Vide §. 19.

(e) Vide §. 20.

(f) Vide §. 26.

2. *Deuteropathicæ morbis aliis præsentibus*, aut prægressis velut effectus debentur, cuiusmodi sunt, quas alvi fluxus (*a*), febres (*b*), atra bilis (*c*), hydrops (*d*), scorbutus (*e*), &c. effecerunt. Harum rursus aliæ sunt

a) *Criticæ*, quæ morbum, cui superveniunt, solvunt (*f*); aliæ

b) *Symptomaticæ*, quæ morbum supervenientes augent, & periculosorem reddunt. Solide hoc argumentum M. ALBERTI (*g*) tractavit.

### §. IX.

**VI. STATUS** denique hujus morbi denuo duplex esse potest, videlicet hæmorrhoides

1. *Solitariæ*, quæ hominem ab omni  
alio morbo liberum detinent.

2. *Com-*

---

(*a*) Vide §. 23. a) §. 19. d)

(*b*) Vide §. 28.

(*c*) Vide §. 18. a)

(*d*) Vide §. 18. c)

(*e*) Vide §. 18. d)

(*f*) Vide §. 53. III. A. Nro. 2. a) seqq.

(*g*) Diss. de hæmorrhoidib. symptomat. & perniciosis, Resp. F. R. HEIDEGGER, 4. Halæ

1726.

2. *Complicatæ* cum alio morbo, sive dum deuteropathicæ sunt, sive dum & iste, & ille ex communi causa simul nascuntur, aut dum unus horum morborum alterius est symptoma non nisi epigenomenon, quin ullo sibi nexus copulentur. Et vero haud rarum est, hæmorrhoides cum aliis complicari morbis, iis, quos modo dixi, modis. Frequenterores horum morborum sunt

a) Alvi fluxus (a).

b) Leucorrhæa (b).

c) Lithiasis (c).

d) Artuum dolores (d), &c. Podagræ cum lithiasi renum & hæmorrhoidibus anomalis in Jll. quodam sene observatae casum videre est apud E. G. BALDINGERUM (e).

## CAPUT

---

(a) Vide §. 43. a) §. 51. B. a. Nro. 1.

(b) J. STORCH, Frax. med. T. 2. d. 2. p. 181.

(c) M. ALBERTI. Diss. de consensu calculi cum hæmorrhoidib. externis, et Diss. de hæmorrhoidum consensu cum calculo et podagra in Tract. de hæmorrhoidib. P. 2. p. 110. sqq.

(d) Vide §. 33. c)

(e) Neu. Magazin für Aerzte. 6. Band. 5 St. p. 443.

C

## CAPUT III.

## PROEGUMENAE CAUSAE.

## §. X.

**A**ETAS hæmorrhoidibus obnoxia est vel maxime *adulta*, ac *vegeta*: unde illas etiam HIPPOCRATES (*a*) inter virilis ætatis morbos retulit; ubi enim adolescentiæ juventutisque morbos percensuisset, subdit: „his vero, qui „hanc ætatem superarunt, crebri anhelitus, „morbi laterales, pulmonum inflammationes, „lethargi, phrenitides, febres ardentes, diu- „turna alvi profluvia, cholerae, intestinorum „difficultates & levitates, sanguinis per ora „venarum, quæ in ano sunt, profusio, hæ- „morrhoides Græcis dictæ“ quas ante puber- tatem non accidere alibi (*b*) quoque afferit. Si HEURNIUS (*c*) audiatur, homines ab anno ætatis 35to ad 64um in hæmorrhoides pro- nos esse enunciat. Interea tamen haud pau- ca prostant observata hæmorrhoidum etiam infra hanc ætatem, imo in tenerrima quoque ætate jam visarum. Enim vero nihil ut dicam de annis, 24to & 18vo, qua ætate duo apud

I.

(*a*) See<sup>t</sup>. 3. Aphor. 30.(*b*) Coacor. Nro. 512.(*c*) Comment, in HIPPOCR. aphor. cit.

I. S. STORCHIUM. (a) Juvenes hæmorrhoidarii facti sunt, certe 16 vel 17 annorum erat Juvenis SALOMONIS (b)

— — — puella ROSTII. (c)

15 — — puer BEHRLII. (d)

14 — — puer STORCHII. (e)

qui ad 20 annum quo tempore opem petiit,  
fluxum hæmorrhoidum cum colica patiebatur.

13 annor. erat puer MATERNII. (f)

12 — — — ETTMULLERI. (g)

11 — — — SCHLIERBACHII. (h)

10 $\frac{1}{2}$  — — puella STORCHII. (i)

9 — — — puer ALBERTI. (k)

9 — — — LENTILII. (l)

9 — — — BURGHARTI. (m)

C 2

8.

(a) Obs. clin. ann. 1. April. d. 4. Nro. 3. p. 88. sq.  
& ann. 2. Jul. d. 2. Nro. 10. p. 303. sqq.

(b) Vide §. 115. Nro. 1.

(c) Vide §. 29. a) β.

(d) Vide §. 15.

(e) L. c. ann. 5. May. d. 4. p. 135.

(f) Vid. hist. hæmorrhoid. vesicæ. §. 23.

(g) Vide §. 63. d)

(h) Vide §. 56

(i) Von Weiberkrankh. 2. Band. Casu. 205. p. 603;

(k) Vide §. 15.

(l) Ibidem.

(m) Vide §. 55. Nro. 9. b)

8 annor. erat puer FISCHERI. (a)  
 8 — — — FRANCI (b), largum hæmorrhoidum fluxum æstate naëtus, dein vero trimestri quartana autumnali correptus.

8 annor. erat puella ALBERTI (c),  
 8 — erat puer s. SCHULTZII (d),  
 sanguinem ano aliquoties sine ullo uspiam dolore, aut functionum læsione excernens, nisi quod interdum copiose sudaret, & saepè narium pateretur hæmorrhagiam cum non multo p. n. calore, qui sedata hæmorrhagia etiam sedabatur. Inspecto podice tumentes ejus venæ, ac sanguinem stillantes visabantur. Duravit id per aliquod æstivas hæbdomadas; at 12mo anno puer vegetus erat. Meminit Auctòr & alius pueri junioris idem sine ullo detrimento passi. Haud secius

8 annorum puella M. B. VALENTINI (e) omni pene mense hæmorrhoides innoxie flu-xere. Perinde vix

7 annorum erat puer C. F. PAULINI (f) ex hereditaria labe valde spleneticus, cui post præ-

(a) Vide §. 15.

(b) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 4. Obs. 5.

(c) Vide §. 53. III. B. Nro. 2.

(d) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 8. Obs. 22.

(e) Ibid. dec. 2. ann. 4. Obs. 97.

(f) Ibid. ann. 5. app. p. 52. & Obs. phys. med. Cent. 2. Obs. 92.

prævios lancinantes ventris dolores hæmorrhoides primum crescente luna fluxere, postea vero citra dolorem jam in prima, jam ultima lunæ quadra, interdum etiam in plenilunio, quovis tamen mense per unum alterumve diem cum euphoria ac hilaritate, idque ultra 20. hebdomadas. Perinde

7. annor. erat puella RIEDLINI. (a)  
 7. — — puer WAHRENDORFFII. (b)  
 6. — — puer ALERECHTI. (c)  
 6. — — — MÜLLERI. (d)  
 6. — — — I. C. GRIMMII. (e)  
 cui sæpius hæmorrhoides sine ullo symptome fluxere. Et

6to anno ætatis jam I. C. GOETZII (f) vir hæmorrhoidum fluxum sat crebrum, & uberm naætus est, præsertim a majore vel corporis vel animi mortu; quem tamen non tam remediis quam provido regimine incolumen servavit. Porro

5to

(a) Vide §. 15.

(b) Annal. Wratisl. Tent. 37. A. 1726. Jul. d.  
 4. Art. 18. p. 137. sqq.

(c) Vide §. 23. a)

(d) Vide §. 84. c)

(e) Miscel. nat. cur. Cent. 9. Obs. 92.

(f) Acta natur. cur. Vol. 2. Obs. 186.

5to anno ætatis puer HOFFMANNI (*a*)  
fluxum hunc adeptus est, et

4.  $\frac{1}{2}$ . anno puer vratislaviensium strangu-  
riam primum hæmorrhoidalem contraxit, quam  
deinceps fluxus est consecutus. (*b*)

4. annor. erat puer HOLDEFREINDII (*c*)

4. — — — VOGELII (*d*)

4. — — — HOFFMANNI (*e*)

qui „cum ageret 4. annum, binis vicibus  
„sanguinem per alvum excrevit, & postea per  
„duos annos conquestus est de dolore in  
„dextro hypochondrio gravativo, sanus de  
„cetero, & floridissimus: 7mo ætatis anno  
„corripitur variolis, succedebat febris inter-  
„mittens erratica, & tandem lenta, a qua non  
„poterat liberari, sed convulsione gravissima  
„accidente moriebatur.“

4. annor. erat puer I. M. WOLFFII (*f*) pa-  
tre hæmorrhoidario genitus, qui „4to ætatis  
„anno

(*a*) Vide §. 15.

(*b*) Vide §. 45.

(*c*) Vide §. 15.

(*d*) Vide §. 95. c)

(*e*) Diff. de morbis incongruis. §. 4. ep. supp. 2.

P. I. p. 617.

(*f*) Commerc. Nor. T. 10. A. 1740. Hebd. 34.

Nro. 2. p. 269.

„anno hæmorrhoidalem fluxum singulis men-  
sibus ordinarie recurrentem pati cœpit, &  
„talem ordinem per integrum annum fluxus  
„absque multis incommodis servavit. Deinde  
„per semestre profluxus ille cruoris sua spon-  
„te desit; præterlapsò autem isto tempore  
„iterum observabatur, & adhuc dum in puerò  
„vegeto singulis mensibus revertitur.“ Porro

3. annor. erat puella BERDOTI (a)

3. — — — — HOFFMANNI (b)

3. — — — puer HOLDEFREINDII (c)

3. — — — WAHRENDORFFII (d)

3. — — — C. M. ADOLPHI (e),

„qui cum annum agens hæmorrhoidalibus pa-  
„sionibus & fluxibus primum vexatus est, cer-  
„tisque temporibus, ac statis jam per 3 an-  
„nos experitur eos.“

2. annorum erat puer FROMMANNI (f),  
„tibicinis filius, in quo „ ego (inquit Auc-  
„tor) . . . hæmorrhoides & fluentes, & cæ-  
„cas hic observavi. Laborabat ille per aliquot  
„dies

(a) Vide §. 53. III. B. Nro. 2.

(b) Vide §. 24.

(c) Vide §. 15.

(d) Vide §. 53. III. B. Nro. 2.

(e) Misc. nat. cur. Cent. 7. Obs. 36.

(f) Tract. de hæmorrhoidib. P. I. probl. 26.

p. 125. seqq.

„dies materiæ acrioris profluvio , quod do-  
 „mesticis domestici sedare laborarant. Tan-  
 „dem autem purus sanguis prōmanavit , &  
 „infimul intumescentia quasi vesicæ cujusdam  
 „minoris ex ano prodeuntis , sed brevi in  
 „anum redeuntis , ibi fuit notata . . . Ego  
 „. . . vesperi vocatus dormientem offendō  
 „puellum , sed ubi evigilarat , tussi primum  
 „inde vomitu torquebatur , quo in connatu  
 „purus sanguis ex inferioribus quantitate fe-  
 „re cochlearis minoris prōmanabat , coque  
 „ipso momento subito vesica quædam crnōe  
 „plena atro - rubei coloris ad tactum dura ,  
 „quæ tamen digito non nihil cedebat , quan-  
 „titate , & colore fere maturimi pruni ex in-  
 „teriori gutture emergebat , quam facile manu  
 „mater reprimebat. Quo facto infans somno  
 „iterum corripiebatur ; sed hoc tenuo excusso  
 „eandem , quam prius , agebat natura me præ-  
 „sente tragēdiam. Huic quod medicamenta  
 „alia respueret , liquoris stiptici guttulas ali-  
 „quot cum cerevisia exhibendas intro , extra  
 „vero cataplasma ex herbis adstringentibus  
 „in aqua ferrata decoctis præscribo. Ex ho-  
 „rum usu semel admisso mox malum illud re-  
 „misit , manente tamen , quia mater usum li-  
 „quoris illius neglexerat , fluxu priore , repe-  
 „titio autem liquoris usu profluviū conti-  
 „nuare desit.“

**I**  $\frac{1}{2}$  anni fuit puella ALISCHERI (a) puerque RIEDLINI. (b)

1. anni erat infans HEISTERI (c) & alius ejusdem aetatis apud STORCHIUM (d), cui dentitionis tempore varix haemorrhoidalis in ano tumuit cum febre, tussi, alvo clausa, &c. Meminit ille (e) alius etiam infantis 2o. hebdomadum, diarrhoeam aliquot dierum cum tenesmo passi, cui semper aliquid sanguinis succedebat, donec etiam haemorrhoidale tuberculum fuisset enatum. Sic etiam R. A. VOGELII (f) fanus infans ac plethoricus, vix quadrimestris, subito in ani haemorrhagiam incidens, die 1mo sugebat, nec ullo dolore affici videbatur, cum nec inquietus fuerit, nec ejularit; utut interdum leviter convelleretur; die autem 2do jam sugebat ægrius, haemorrhagia fuit crebrior uberiorque, abdomen intumuit; vomuit aliquoties bilem, & ubera prorsus respuebat, sub vesperam obiit, post

---

(a) Vide histor. haemorrhoid. albar. §. 2. II. B.

Nro. 1. b)

(b) Vide §. 15.

(c) Vide §. 63. d)

(d) Obs. clin. ann. 4. Decembr. Cl. 3. Nro. 8.  
f) p. 614.

(e) Ibid. ann. 3. August. Cl. 3. Nro. 13. p. 504.

(f) Academ. kleine Schriften, pathol. pract. und chirurg. Inhalts. 1. Samml. Nro. 2. §. 14. p. 69.

post spumam horis aliquot ante mortem circa os collectam, levesque obortas cum sterore convulsiones. Toto hoc biduo nil alvo fecum reddidit. Referebant parentes aliam quoque jam prolem se eodem ex morbo intra idem tempus amisisse. Demum & GOETZIE  
 (a) sartor a prima pueritia ad provectam usque ætatem hæmorrhoidum fluxum patiebatur. Plures ejusdem argumenti historias d.  
 M. MATTHIAE (b) ac I. STORCHIUS (c) collegerunt, multaque de juniorum hæmorrhoidibus M. ALBERTI (d) est commentatus. Numerosa itaque hæc exempla ignorasse omnino videtur A. HAENIUS (e) quærens: *an infantes soleant hæmorrhoidibus laborare?* „Ita „nobis (reponit ipse) vetulæ custodes jurant, „matresque matronæ; factò vero accuratio- „re examine constat, tenello in corpusculo „finem Reæti laxari sæpius, ejusque relaxati „plicam referre tumorem, quem falso hæmorr- „hoida appellant; vel etiam tumorem hunc „& pressum, & ani strictura veluti suffocatum „speciem gerere corpusculi profunde rubri, „aut lividi, quod hæmorrhoidis appellatione „per-

(a) Vide §. 82.

(b) Obs. med. Nro. 14.

(c) Von Kinderkrankh. T. 3. p. 482. sqq.

(d) Diff. de hæmorrhoidib. juniorum, Resp. E. F. FUCHS. 4. Halæ 1727.

(e) L. c. cap. 5. §. 10. p. 82.

„perperam insigniatur. Inexperta manu data  
 „infantibus enemata , pessimus (isque fre-  
 „quens tamen) mos suppositoriis ex calidore  
 „semine sacharo involuto eosdem assiduo tor-  
 „quendi ; ani tumores , excoriationes ; imo  
 „sanguinis fluxum excitare quidem possunt ;  
 „at vero ideo hæmorrhoides aut non sunt ,  
 „aut , si sint , ut per infortunium natæ curan-  
 „dæ sunt. Posse autem contingere ut infanti  
 „fluxus hæmorrhoidalis sponte natura nasca-  
 „tur , inficias haud ivero . . . modo mihi  
 „concedatur , haud minus id in natura mon-  
 „strosum esse , quam si recens natæ puellæ men-  
 „ses fluant , cuius rei quoque exempla enar-  
 „rantur . „ Provocat dein ad HIPPOCRATEM  
 hæmorrhoidas ante pubertatem contingere ne-  
 gantem , ut paulo superius vidimus , idque  
 ob veram plethoram hacce in ætate rarissi-  
 mam , utut spuria sæpius accidat : & , si ni-  
 hilo minus tale quid eveniat , non tam ex  
 ano : quam naribus potius hæmorrhagia sol-  
 vi : „unde (inquit) necessario consequitur id,  
 „ut licet de prosapia genitus sit infans , cui  
 „ab ævo immemorabili hæmorrhoidis familia-  
 „ris ; tamen tempus pubertatis requiratur,  
 „antequam vere appareat . „ Interea captioso  
 HAEN sua in quæstione utitur infantis voca-  
 bulo ; vel enim de tenerrima tantum impube-  
 rum ætate sese intelligi vult , vel de toto us-  
 que ad pubertatem ipsam tempore ; si prius ,  
 utique res est longe rarissima , ac pro mon-  
 stro habenda , cuius paucissima extant obser-  
 vata ; si posterius , certe aëtum agit , rem  
 rati-

ratiunculis negare volens (id est paulo majorē puerili & adolescentē in ætate, ante pubertatem licet, hæmorrhoidum frequentiam), pro cuius veritate adeo numerosa jam exstant observata. Sed qui possit ille pro divitatem ad hæmorrhoides juniori in ætate concedere, qui eam ne in adulta quidem, cui illa propria est, eo usque admittere voluit quo usque vel ipsa natura eandem induxit?

### §. XI.

**2. SEXUS masculus** præ sequiori multo sæpius cum hæmorrhoidalibus malis conficitur, haud tamen eatenus iste ab iis immunis est, ut vel nunquam vel rarissime illis laboret. Nam et si feminæ plethoram ob catamenialem suum fluxum haud ita facile colligant, & hæmorrhoidalis quoque sanguis per uterum cum catameniali facile nanciscatur exitum; tamen non ita paucæ vel rarae sunt hæmorrhoidum in feminis causæ singulares, a quibus illæ ipsas affligunt, ut sunt: hereditaria labes, catamenia suppressa, vel per ætatem deficientia, venus nimia, præsertim vero labes syphilitica, &c. Ut recte monuit M. ALBERTI (a), idque vel maxime in plethoricis,

lau-

(a) Diff. de morbis seminarum virilibus (Resp.

A. WEGENER. 4to. Halæ 1638. §. 6. 7. p.  
21. sqq.

lautaque ac otiose viventibus. Trium hicce  
Auctor (*a*) hujusmodi seminarum meminit, quæ  
ex hac tenus enumeratis peculiaribus causis hæ-  
morrhoides noctæ sunt prima illustris condi-  
tionis sanguineo — cholERICA, juvenis, nuptuī  
data, lauteque vivens præter catamenia larga  
hæmorrhoides quoque per intervalla jam serpi-  
ginosas, jam cæcas, jam fluentes patiebatur:  
altera itidem nupta, 20. annorum præter anom-  
alum mensium fluxum modo leucorrhœam,  
modo hac cessante hæmorrhoides experieba-  
tur: tertia quoque de stemate, ac 22. anno-  
rum alternis vicibus anomalos menses, hæ-  
morrhoidesque habuit. Virginem quoque no-  
vit M. SCHURIGIUS (*b*) cui cum catameniis  
hæmorrhoides quoque semper ubertim flue-  
bant. Perinde R. LENTILIUS (*b*) matronam  
novit, cui præter legitima catamenia interdum & hæmorrhoides usque adeo fluebant,  
ut remediis cohiberi debuerint. Et d. SEN-  
NERTUS „novit ipse nobilem feminam cor-  
„poris constitutione sanguineam, affectio-  
„ni tamen hypochondriacæ obnoxiam, quæ sin-  
„gulis mensibus ordinarie, & quidem die  
„post menstruum fluxum 14to. hæmorrhoides  
„patiebatur.“ Ita etiam LEONORAM Galliæ  
„Reginam hæmorrhoidibus juxta ac mensibus  
„obnoxiam fuisse testis“ est I. FERNELIUS  
„idem-

(*a*) Diff. de hæmorrhoidib. juniorum. §. 4. p. 17.

(*b*) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 5. append. p. 99.

(*b*) Litholog. Cap. 2. §. 65. p. 232.

(a) idemque experta est WEDELII (b) mulier.  
 Plura huc facientia, suis deinceps occurent locis. (c) Ceteris autem paribus hæmorrhoides non immerito viriles ad morbos ab HIPPOCRATE (d) referuntur dicente: „viris „autem intestinorum difficultates, & alvi pro- „fluvia, febres algidæ, & hybernæ diuturnæ, „pustulæ multæ nocturnæ, epinyctides dic- „tæ, & sanguinis profluvia, per ora vena- „rum, quæ in ano sunt, hæmorrhoides vo- „cantur.

### §. XII.

3. TEMPERIES, *sanguinea*, *cholerica*, *melancholica*, vel ex his conflata, *sanguineo-cholerica*, vel *sanguineo-melancholica*, &c. Teste enim G. E. STAHLIO (e) „subjec- „tis accidere solet facilius hic fluxus sanguineo-cholericus, & sanguineo-melancholicus „plethora affectis“ videlicet ob sanguinis qua copiam, qua lentorem, præsertim relate ad viscera abdominalia. Veritas hujus causæ ex innumeris passim hujuscem libri casibus elu- cescet.

### §. XIII.

(a) Consil. med. 41.

(b) Vide §. 142. d)

(c) Vide §. 29. a) β. γ.

(d) De aere. locis & aquis. p. m. 281.

(e) Diff. de hæmorrhoid. internar. motu (4to.

Halæ 1698. Resp. I. D. COHLIO.) Cap. I. p. 54

## §. XIII.

4 VENARUM hæmorrhoidalium longitu-  
do situs perpendicularis, laxitas, Capac-  
tas major. Longitudo, situsque ad perpendiculari-  
lum nativa semper sunt in homine, ac mag-  
nopere ad prodividatē in hæmorrhoides  
faciunt; namque I. B. MORGAGNIO, (a) rec-  
te notante sanguis in vena hæmorrhoidalī  
interna præprimis facilime stagnare potest,  
propter „maximam, quæ inter ceteras illas  
„venas huic uni peculiaris est, longitudinem,  
„ut multo ex hac quam ex illis difficilius sit  
„sanguinem promoveri sursum, præfertim,  
„ut humani corporis requirit situs: quæ una  
„haud dubie ex causis est, quare alia animan-  
„tia hæmorrhoidibus non sint obnoxia.“  
Multo ante id jam suspicatus est I. BOHNUS  
(b) cuius verba non pigebit hic attexere.  
„Præmonere volo (inquit ille,) venæ huic  
„sedali internæ talem contigisse per naturam  
„conformationem, quæ ad ejusmodi stagna-  
„tionem sanguinis inflativam magis disposi-  
„ta videtur. Scilicet, primo perpendiculari-  
„rem magis situm, seu ascensum a podice  
„versus communem alveum, cuius intuitu  
„per venam hanc ad perpendicularium tardius,

„ac

---

(a) De sedibus, & causis morbor. Epist. 32:  
Nro. 10.

(b) Diff. de hæmorrhoidib. cæcis (4to. Lipsiæ  
1794. Resp. I. I. HERING.) §. 16. 17.

„ac difficilius sine dubio elevatur sanguis, pe-  
 „rinde circiter, ac venas crurum præ aliis  
 „frequentius in varices explicari palam est.  
 „Deinde ipsa compages intestini recti; in qua  
 „illa radices figit, adeo laxa est, ut sibi  
 „relieta sanguinis per hanc motum naturalem  
 „minus; ac aliæ firmioris texturæ partes (v.  
 „g. musculi) juvare queat. Quam laxitatem  
 „intrinsecam tertio non parum auget humi-  
 „ditatum frequentior, ac uberior affluxus  
 „(i. e. receptivitati ejus adæquatus,) & per  
 „quem leviores ejus lœsiones sæpius in gra-  
 „viora mala abeunt. Imo quarto venæ hu-  
 „jus extremitates, quia non tam in pro-  
 „fundò substantiæ intestini reconduntur, quam  
 „prominent, & tenui saltem atque tensili  
 „admodum tunica obvelantur, facilius dis-  
 „tenduntur, atque lacerantur, perinde circiter;  
 „ac narium v. g. venulas præ aliarum parti-  
 „um vasis sanguinem fundere novimus. De  
 „cetero nec improbabile est, hanc confor-  
 „mationem omnibus hominibus communem  
 „secundum individua aliquantum variare, &  
 „ad sustinendas hæmorrhoides cæcas hæc  
 „præ aliis magis determinari, ita, ut non  
 „omnes a partu difficiili eas experiantur; aliæ  
 „contra in facili quoque & fere semper —  
 „Qualem similemve conformationem pecu-  
 „liarem causam quoque puto, quod familiis  
 „quibusdam harumve pluribus individuis,  
 „hæmorrhoidibus fluentibus æque, ac furen-  
 „tibus laborare quasi hereditarium observetur  
 „— licet forsitan communis hæc familiarum  
 „in

„in hunc affectum propensio etiam aliquando identitatem humoralem agnoscat.“ Hæc ille. Si vero jam ad hanc nativam venæ internæ hæmorrhoidalis longitudinem, situmque perpendicularē simul acceſſerit seu nativa pariter, seu aliunde effecta laxitas, & capacitas, augebitur columnæ sanguinis, ibidem pondus, & difficultas contra directionem gravitatis motus, unde stagnatio, accumulatio sanguinis, venæque in varices diſtensio ac ruptura inevitabilis. De solito majori; nativa tamen hujus venæ amplitudine proſtat apud CABROLIUM (a) observatio in juventute quodam, cui duo fuere lienes cum propriis cuique venis, & arteriis; maxima fuit hæmorrhoidalis vena medio ex liene exiens. In vita ſemper hilariſ erat juvenis, nunquam tristis.

#### §. XIV.

5. PLETHORA vera spuria; ab utraque enim vasa venosa hæmorrhoidalia justo magis dilatantur, varicosa fiunt, rumpunturque. Situs autem & fabrica harum venarum in cauſa eſt, cur illis præ aliis a ſanguine vis inferatur, ut paulo ante dictum fuit. Quod si vero jam aliquando hæ venæ vim a plethora perpeſſæ fiunt, laxioresque redditæ; facilius etiam deinde a ſanguine vel maſſa, vel

---

(a) Observ. anat. 15.

D

vel volumine aucto superantur; atque sic dispositum ad hæmorrhoides corpus efficitur magis. Cavendus tamen quorundam est error, ne cum illis omnes hæmorrhoides a plethora repetamus, atque sic perperam omnem illarum curationem ad plethoram minuendam præprimis per sanguinis missiones dirigamus; haud pauci enim hodie sunt pathologi, qui non abs re hæmorrhoides crebrius a dyscrasia humorum; quam plethora obori contendunt. Sic I. A. WEDELIUS (*a*) „plethora — aliquando (ait) juncta videtur, „rarius tamen, quam quidam existimant, & „si adest, cacochymica, adeoque spuria ma- „gis deprehenditur.“ Verum enim vero Auctor hic, & BOHNIUS, (*b*) contrariam rursus in partem impingunt, dum vix unquam plethoræ veræ locum hic dandum esse centent. Oriri enim multo saepius, ac illis quidem videtur, ex plethora hæmorrhoides nemo facile inficiabitur, qui secum reputaverit, nasci eas toties in corporibus sanguineæ temperiei, laute, atque simul in otio viventibus, feminis præfertim, parcus simul menstruantibus, neque in bene multis enormem hæmorrhoidum fluxum & quidem per intervalla recursantem (*c*) ci- tra sensibilem noxam toleratum iri, nisi superfluæ

(*a*) Diff. de hæmorrhoidib. cœcis (4to. Jenæ 1732. Resp. I. DIELERO) §. 29. p. 12.

(*b*) Diff. cit. §. 22.

(*c*) Vide §. 29. a) b. γ.

flus sanguinis boni copiæ deberetur; quid quod cum euphoria feratur? Accidit utique interdum, ut ipsa plethora vera dyscrasiam sibi demum humorum associet, velut accidit apud F. HOFFMANNUM (c) Comiti cuidam robusto, ac sanguineo, nullum fere unquam ante morbum experto, donec ingravescente ætate lauta ei, & vinola in otio diæta & neglectæ Væ. Sect. hæmorrhoidum fluxum concivissent, singulis fere mensibus insigni cum euphoria per multos annos revertentem. Tandem hyeme quadam a perfrigerato vehementer corpore hæmorrhoides cæcas ardentes, dolentesque nactus idoneis remediis convalluit quidem; at circa veris æquinoctium in trimetrum fere illarum incidit fluxum copiosissimum. Supervenit insuper dolorifica ophthalmia. quam perinde sanatam excepérunt successive cœbræ pectoris ventrisque tensiones, pressorii, & gravativi in osse sacro dolores, sæpius ad femora, pedesque extensi, frequens micturitio, anorexia ac dyspepsia. Quæ omnia satis docent, sanguinem hocce in corpore copia tantum primum, deinde etiam lentore peccasse. Sed cum a plethora hæmorrhoides nasci non sit ambiguum; paradoxum tamen videri debet, eas ab inopia humorum bonorum nasci posse, id, quod H. F. DELIUS (a) tuetur, quod videlicet

(a) Consult. & resp. med. cent. 2. Caf. 26.

(b) Fränk. Samml. 7. Band, 42. St. 1. Abschnitt,

delicet vacuæ arteriæ magis sese contrahendo sanguinem debiles in venas compellant, eumque ibi stagnare oporteat. Sed vereor, ut opinio hæc defendi possit; nam etsi v. g. hydropicis hecticasque exhaustis hæmorrhoides aliquando accidunt, eas tamen non tam ab inopia; quam acri humorum tenuitate nasci existimo.

#### §. XV.

6. HÆREDITARIA *labes*. „Hæc si ullibi, certe in hæmorrhoidal negotio manifesto deprehendi solet, inquit M. ALBERTI (*a*), qui hoc argumentum alias etiam fuse pertractavit (*b*).” Radicalis hujus labis causa nondum ingenio humano perspecta est; forte præter temperiem ad hæmorrhoides idoneam soboles a parentibus & venarum arteriarumque aptissimam ad eas fabricam cum sanguine itidem apto, & latente quodam systematis nervosi Charactere, &c. accipit. Quidquid illud sit, quod CREATOR oculorum, ac mentis humanæ aciei subduxit, a posteriori certe hæmorrhoides gentilitias dari satis superque constat. Sic non nemo apud J. SCHENKUM (*c*), „Comites novimus (ait)

„cer-

(*a*) Diss. de fluxus hæmorrhoidalis provocacione

(4to. Halæ 1719. Resp. A. HERRMANN) thesi 4ta.

(*b*) Diss. de hæmorrhoidib. hæreditar. (4to. ibid.

1727. Resp. F. G. MEYENBERG.)

(*c*) Obs. med. L. 3. P. 1. Obs. 155.

„certæ familiæ, qui ex ordine hæmorrhoidi-  
 „bus laborant, & tamen læti vivunt, discur-  
 „runt, inquieteque se gerunt, quo citius  
 „tum ab iis liberentur, venis ad excretionem  
 „stimulatis, irritatisque.” Et M. ALBERTI  
 (a) „hic loci adhuc vivit (ait) juvenis qui-  
 „dam virilitati jam propinquus, qui a patre  
 „hæmorrhoidibus cæcis valde afflito genitus  
 „erat, a teneris annis parco licet hæmorrhoi-  
 „dali fluxu & successu, multo vero motu,  
 „& molimine hæmorrhoidalii similem cæcum  
 „statum hæmorrhoidum præsentante, laborat  
 „ita frequenti, & urgente, ut quot annis  
 „pluribus vicibus talem afflictionem patiatur,  
 „quæ rarius, interim tamen aliquando, ad  
 „actualem perveniunt eruptionem. Est vero  
 „in hoc Subiecto status hæmorrhoidalis ita  
 „intricatus, contumax, rebellis, arduus,  
 „immoderatus, & dolorosus, ut interdum  
 „internæ, & externæ inflammatoriaæ commo-  
 „tiones, & consecutiones obtigerint: quam  
 „ob rem hoc individuum exæcta diætæ ac re-  
 „giminis ratione frui debet. Huic casui ...  
 „alterum ad latus ponimus. Pater podagri-  
 „cus, nephriticus, & hæmorrhoidarius in  
 „populosa urbe celebri in officio constitutus,  
 „cum matre sanguineo-cholerici tempera-  
 „menti, & largo subinde mensum ac hæmorr-  
 „hoidum fluxu prædicta, genuit filiam, quæ

„8VO

---

(a) L. c. §. 3. p. 14. sqq.

„8vo ætatis anno motus hæmorrhoidales,  
 „postea vero præmaturam mensium, & ac-  
 „tualem hæmorrhoidum eruptionem experta  
 „fuerat. Hæc multas calamitates ab irregu-  
 „lari hæmorrhoidum successu passa est, &  
 „dum in matrimonium transiit, peperit pau-  
 „cos infantes vivos, & integros; multis  
 „vero abactionibus defatigata fuit. Infan-  
 „tes ipsi, qui adhuc superstites, & jam ali-  
 „quot annos cirenmegerunt, varios hæmorr-  
 „hoidales insultus patiuntur.“ Duos quo-  
 que germanos ex hæreditariis hæmorrhoidi-  
 bus hydroscopicis v. RIEDLINUS (*a*) curandos  
 habuit, quorum unus hæmorrhoides in libe-  
 ros quoque ita propagavit, ut sesquiennis  
 puer ex uberi earum fluxu ultimo semestri in-  
 gruente obicerit, & puella septennis per bene-  
 longum tempus post singulas 6. vel 7. hebdo-  
 madas tantum anno sanguinis emiserit, quan-  
 tum adulæ virgines per catamenia effundunt.  
 Ad horum porro numerum addenda venit  
 ALBERTII (*b*) femina cum duobus juvenibus,  
 BEHRENSII (*c*) studiosus, BOERHAVII (*d*)  
 Marchio, CNOEFFELII (*e*) Rex Poloniæ,  
 FRITSCHIUS ipse (*f*), HEISTERI (*g*) Magnas,  
 HOFF-

(*a*) Lin. med. ann. 4. Novembr. 21ma. p. 963.

(*b*) Vide §. 53. Nro. 1. & §. 115. Nro. 3.

(*c*) Vide §. 51. B. a. Nro. 1. d.

(*d*) Vide §. 55. Nro. 9. e).

(*e*) Vide §. 53. II. Nro. 6.

(*f*) Vide §. 75. b)

(*g*) Vide §. 84. b)

HOFFMANNI (a) Judæus, LOEWII (b) Pharmacopæus, ROLLII (c) Sartor, &c. qui omnes hæmorrhoidum heredes fuere. Hujusmodi autem gentilitiæ hæmorrhoides sæpe admodum juniori jam in ætate sese per molimina, vel varices, vel ipsum quoque fluxum exserunt, ita, ut raro impuberum hæmorrhoides aliunde, quam ex hæreditaria labe ortum ducant. Certe quorum haec tenus historiæ datae sunt, ii plerique fuere ex ipsa profapia hæmorrhoidarii, uti & puella puerque ALBERTII (d), tum juvenis SALOMONIS (e), pueri WAHRENDORFFII (f), duo & unus WOLFFII (g) apud M. ALBERTI (h) hæmorrhoidaria quædam „femina . . . inter „plures liberos adhuc vivos etiam puerum „indulgentius educatum, & multo vietu saginatum sanum & integrum affervat, qui „tamen paulo quietioris est indolis. Hic jam „ferme a 2. annis sua quidem sponte verno „& æstivo maxime tempore menstrua plane „periodo prævio colico dolore conspicuum  
„,hæ-

(a) Vide §. 65.

(b) Vide §. 55. Nro. 14.

(c) Ibid. Nro. 11.

(d) Vide §. 53. III. B. Nro. 2.

(e) Vide §. 115. Nro. 1.

(f) Vide §. 10. & 53. III. B. Nro. 2.

(g) Vide §. 10.

(h) Act. nat. cur. Vol. 1. Obs. 217.

„hæmorrhoidalem fluxum per triduum duran-  
 „tem expertus erat, quo peracto, nihil inde  
 „adversi senserat, sed adhuc bona valetudi-  
 „ne gaudet. Interea in hoc puerulo notan-  
 „dum est, quod ipse a teneris multo opple-  
 „tus fuerit vietu, & adhuc voraci distinctus  
 „sit appetitu; deinde quod mediocri afflicti-  
 „one verminosa laboraverit, quæ tamen parum  
 „molestiae ipsi unquam facessit, ita ut ex  
 „vermibus menstruum hunc sanguinis fluxum  
 „deducere, velle non quidem rationi & veri-  
 „tati, quod rare mihi videatur. Porro hic  
 „puer quoad externum conspectum paulo  
 „palidior & turgidior comparet; interim ipsius  
 „parens integra gaudet sanitate, neque ulla  
 „eminet qualitate, ex qua per hæreditatem  
 „hæmorrhoidales motus ex patre in hunc na-  
 „tum propagari potuerint; neque mater illo  
 „tempore, quo hic puer genitus fuerat, hæ-  
 „morrhoidales senserat conatus: at enim  
 „vero hujus matris parens & mater . . .  
 „hæmorrhoidal laboraverant profluvio; ut  
 „nihilominus hujus incongrui fluxus in hoc  
 „puero ratio in hæreditaria dispositione satis  
 „conspicue hæreat.” Memoria quoque dig-  
 num casum refert G. BEHR (a): „viri . . .  
 „in officio Regio constituti filius unicus . . .  
 „annum tunc agens 15um a patre plethorico,  
 „& colica hæmorrhoidal nonnunquam di-

„VC-

---

(a) Select. med. Francof. T. 2. V. 4. art. 3. p. 277.

„vexato, nullo vero hæmorrhoidalí fluxu  
 „haetenus affecto genitus (mense Januario  
 „anni . . . 1739. in patre prima vice emica-  
 „bant hæmorrhoides, luculento testimonio  
 „in filium hæreditario quasi jure transiisse  
 „(easdem) ante 4 annos, mense nempe Mar-  
 „tio 1736. paulo post æquinoctium vernalē,  
 „persentiscebāt dolores exquisitissimos capitī:  
 „quam ob causam ḥes temperantes antispas-  
 „modici in usum vocabantur; quo factū  
 „est, ut subseguente narūm hæmorrhagia lar-  
 „giori dolores cum omnīum symptomātū  
 „remissionē solverentur. Post triū circiter  
 „septimanarū decursūm cephalalgia recru-  
 „descebat, & una cum tensione, atque infla-  
 „tione hypochondriorum, dorsique doloribus  
 „denuo invadebat: ac propterea ḥes ante  
 „diēti temperantes antispasmodici denuo &  
 „quidem cum euphoria adhibebantur. Et  
 „ecce! cum alvū deponeret, sanguinis pri-  
 „mūm grumosi deinde floridi portionem ad  
 „unius præter propter unciæ quantitatēm tri-  
 „bus vicib⁹ semper excrevit. Interim sym-  
 „ptomata omnia puerū relinquebant, atque  
 „factū tandem est, ut longe vegetior, atque  
 „alacrior inde redderetur. Eiusmodi accessū  
 „denuo est passus, & quidem circa Solsticium  
 „æstivū, deinde mense Septembri post æqui-  
 „noctium autumnale. Post hæc vero excre-  
 „tiones tales hæmorrhoidales penitus cessa-  
 „runt. Mecum interea pensans casum præ-  
 „sentem, eumque majorem, atque exactiorem  
 „mereri attentionem existimans, puerū . . .

„ut

„ut non solum tempus eruptionis (instabat  
 „enim æquinoctium vernale), sed etiam quot  
 „dies duraturus, quandoque terminum suum  
 „fluxus absoluturus esset, probe observaret  
 „admonui; quam ad monitionem haud negle-  
 „xit in calendario enim optime omnia adno-  
 „tavit, mihiique Schedulam die 7. Februarii  
 „1738. sequentem tradidit:

Anno 1737.

die 27. Mart. initium hæmorrhoidum,  
 30. . . . finis,  
 11. Julii initium,  
 13. . . . finis (sat largiter),  
 29. Sept. initium,  
 1. Oct. finis (iterum largiter),  
 7. . . . cœpit &  
 8. . . . desit fluxus,  
 3. Nov. initium,  
 5. . . . finis,  
 16. . . . initium,  
 21. . . . finis,  
 16. Dec. initium,  
 21. . . . finis (iterum sat largiter).

„Fluxum semper antecessere hypochondrio-  
 rum inflationes, dorsique dolores, quos  
 „nonnunquam (non tamen semper) sanguinis  
 „grumosi portio deinde sanguis subsecutus  
 „est floridus, nunc parcior, nunc largior;  
 „unciarum autem trium quantitatem vix fu-  
 „peravit. Præterea est monendum, puerum  
 „dictum post hanc excretionem hæmorrhoida-  
 „lem

„lēm neque cephalalgia laborasse, neque a  
 „narium hæmorrhagia amplius esse divexatum,  
 „alvum quoque semper fuisse liberam. Cœ-  
 „terum quod diætam hæmorrhoidarii nostri  
 „junioris attinet, quantum scio, vitæ genus  
 „non lautum est, multo minus vinosum vel  
 „spirituosum; contra cerevisia secundaria pro-  
 „potu ordinario ipsi semper fuit: nec multum  
 „sedendo, sed potius ambulando vitam trans-  
 „egit. Præterea utut annus tam 1736.  
 „quam 1737. hic locorum fuerit morbidus, imo  
 „multis exitialis, siquidem (A. 1736. dysente-  
 „ria, An. vero 1737. febres intermitentes tam  
 „3næ quam quotidianaæ epidemicæ grassaban-  
 „tur noster tamen juvenis hæmorrhoidarius ab  
 „omnibus hic locorum epidemicæ grassanti-  
 „bus morbis salvus, ac incolumis permanxit.“  
 Haud absimilem casum I. R. S. HOLDEFREUND  
 (a) refert de puerō, cui robustis sanisque  
 parentibus, ordinatum tamen hæmorrhoi-  
 dum fluxum passis, genito, & nondum  
 4tum ætatis annum ingresso idem fluxus  
 accidit, fere 8va quaque hebdomade rediens,  
 ut plurimum moderatus, quandoque tamen  
 copiosus ac debilitans, cum quo 6um ætatis  
 annum attigit sub optima valetudine, roseo-  
 que faciei colore. Quid autem ulterior attu-  
 lerit ætas, ignoratur. Vedit & R. LENTILIUS  
 (b) novenni puerō pallido, macroque, cu-  
     jus

(a) Erzählungen merkwürd. Kranken - Geschich-  
ten im Anhange 3ter. Vorfall. p. 103.

(b) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 9. obs. 124. ann.

5. app. p. 99.

jus patér sat diu nimium hæmorrhoidum fluxum cum debilitate perperitus est — jam aliquoties hæmorrhoides fluxisse. F. HOFFMANNUS (a) perinde novit, „adolescentem Halberstadiensem civem, qui patre natus est „hypochondriaco, & hæmorrhoidalí fluxui al „sueto, qui omni mensis spatio hæmorrhoides large fluentes non sine noxa experitur, „in cute simul apparentibus maculis, vulgo „Leberflecken, quæ disparuere accidente fluxu hæmorrhoidalí.“ Simili etiam hæreditario fluxu ejus (b) „puer ex illustri familia „5to ætatis anno, & repetitis vicibus fuit „correptus“ I. B. FISCHERUS apud A. E. „BÜCHNERUM (c) vidit puerum patre hæmorrhoidario natum cœtennem, hæmorrhoidum fluxu ita laborantem, ut sub qualibet alvo „egesserit sanguinis cochlear parvum sine „molestia, nisi quod temporis processu seg „nis ac pallidus evaserit. Fluxus idoneis „licet remediis adhibitis, duravit per 6. recur „sus a Februario usque ad Aprilem. Ubi autem in id genus ætate sistema vasorum hæmorrhoidalium nondum pro eo, ac par esset, evolutum est, solet hæreditaria illa ad hoc malum dispositio sanguinem ad alias partes cogere, & evacuare. Illustrē  
hujus

(a) Diss. cit. l. c.

(b) Diss. de affect. hæredit. §. 6. op. suppl. 2.

P. 1. p. 552.

(c) Misc. phys. med. A. 1728. Marr. cl. 2. art.

4. p. 910.

hujus rei exemplum dat STHALIUS (a) „illustris  
 „vir, qui hæmorrhoidum commode succedente  
 „fluxu valetudinem satis prosperam a pluri-  
 „bus annis sustentavit, intercedentibus autem  
 „aliquibus hæmorrhoidum interversionibus  
 „& alia insignia incommoda emergentia ex-  
 „pertus est, & pedum notabilem inflationem  
 „pervicacem etiam, atque stabilem, filium  
 „genuit, qui florida adhuc adolescentia 15  
 „ad 18 annorum uti facie illustrem parentem  
 „eximie exprimit, ita peculiare hæmorrhoi-  
 „dariae sanguineæ excretionis hæreditariæ sym-  
 „bolum exhibet, frequentem præter modum  
 „(& per æstatem vix non quotidianam) na-  
 „rium hæmorrhagiam; notabili vero magis,  
 „& quantum nos sciamus, rariori exemplo,  
 „licet non pariter frequentem, certe tamen  
 „per æstatem sibi non infrequentem, since-  
 „ram exsudationem gutterum forma sanguinis  
 „e poris crurum; integra, sana, & prorsus  
 „illibata de reliquo cute. Quando vero hæc  
 „in primis evacuatio & fere post hanc illa  
 „per nares, præter solitum cessant, acutis  
 „febrilibus insultibus cum inflamatoriæ in-  
 „dolis signis prompte corripitur.“ Hujus de-  
 nique etiam loci essent, (modo vera res fo-  
 ret) hæreditariæ Judæorum hæmorrhoides, in  
 sempiternum illis opprobrium, pœnamque  
 ob

(a) Diss. de hæredit. disposit. ad varios affectus

(4to Halæ 1706. Resp. I. BURGHARD) §. 47.

p. 32.

ob CHRISTUM neci datum, cuius sanguinis  
fese reos fecere, inflictæ, haud secius ac  
Philistæ olim ob arcam Domini retentam  
iisdem sunt mulctati; qua de re multa in unum  
erudite collegit ex variis i. c. FROMMANNUS.  
(a) Neque etiam hinc excludenda est hære-  
ditaria ad hæmorrhoides dispositio, quam  
proles a parentibus etsi manifeste non hæ-  
morrhoidarii, podagricis tamen ac hypo-  
chondriacis accipiunt, qui sæpiissime proles hæ-  
morrhoidarias prognoscere solent. Sane ju-  
venis ALBERTI (b) patre hypochondriaco;  
podagrico COHLII (c) prognatus est, & vra-  
tislaviensium (d) juveni podagricus pater,  
mater calculosa obtigit.

### §. XVI.

7. PASSIO *hypochondriaca hysterica*  
feraces admodum sunt hæmorrhoidum, id-  
que vel maxime ob crebros abdominais spa-  
mos, a queis sanguinis per inferiores venas  
fursum refluxus remoram insignem patitur,  
ac proinde in his venis congeritur, eas dis-  
tendit in varices, ac demum rumpit. Cau-  
sam

(a) L. c. P. 1. probl. 33. 34. p. 145. sqq.

(b) Vide §. 33. c) 4.

(c) Vide §. 47. c)

(d) Vide §. 55. Nro. 5.

sam hanc medicis enixe inculcat POMME; (a)  
 & quid mirum? cum QUARINONIUS (b) literis prodiderit, saepe se in hypochondriacis me-  
 senterii venas usque adeo reperisse dilata-  
 tas, ut intestina potius; quam venæ esse  
 crederentur. Symptomaticæ tunc utpluri-  
 mum ac plus laudentes, nedum levantes, sunt  
 hæmorrhoides qualium exemplum luculentum  
 F. HOFFMANNUS (c) commemorat in viro  
 40. annorum, melancholicæ temperici, qui  
 ex vita sedentaria continuisque lucubrationi-  
 bus contraxit inde jam a 20 annis malum hypo-  
 chondriacum, quod primum præcordiorum  
 anxieties, compressionem pectoris ac dia-  
 phragmatis, inflativum hypochondrii lævi do-  
 lorem, contumacem alvi adstrictionem & infig-  
 nem animi angorem attulit; ante 10 annos ac-  
 cessit hæmorrhoidum fluxus, saepiusque abhinc  
 rediit, nullo emolumento; quin potius anti-  
 qua mala novis auxit, nempe cordis palpita-  
 tione, doloribus capitis, cervicis, ac de-  
 dum etiam podagricis. Ingruente horrida  
 tempestate cum septentrionalibus potissimum  
 ventis omnia mire exacerbata videre fuit, &  
 artibus extremis, qui succis alias turgebant,  
 hor-

(a) Von den hyyster. u. hypoch. Nervenkrank-  
 heiten. p. 214. sqq.

(b) Consult. 584.

(c) Med. rat. syl. T. 4. P. 3. S. 1. C. 6.  
 Obs. 5.

horrentibus, detumelcentibusque cum disparitione vasorum certum siebat, imminere paroxysmum, cuius symptomata protinus iterum remittebant ad redeuntem artibus dictis nativum colorem. Dolentibus autem artibus externis caput, ac pectus dolore vocabant; quod si dolor extrema deserebat, caput, pectusque graviter impetebat. Appetitus nihilominus adhuc vigebat, imo saepius fere immodicus erat.

### §. XVII.

8. TUMORES *abdominales* quatenus vel venas comprimendo, sanguinis per eas refluxum remorantur, illeque in iis restitans illas in varices elevat (*a*), vel arteriosum sanguinem haud ea, qua par effet, copia transmittendo ejus ad hæmorrhoidales arterias uberiorem affluxum causant, &c. Huc itaque referendi sunt tumores.

*a)* *Intestinorum* vel flatulenti, vel stercorei vel verminosi, &c. de quibus alibi (*b*) singillatim agetur.

*b)* *Uteri* præsertim fœtu gravi, de quo perinde pluribus dicetur inferius (*c*)  
*c)*

---

(*a*) c. G. LUDWIG. *Adversarij med. præst.* Vol.

2. P. 3. Diff. I. p. 388.

(*b*) Vide §. 21. 23. b)

(*c*) Vide §. 24.

c) *Renum scirrhosī, purulenti, aquosi &c.* P. A. BOEHMERUS (*a*) „vidimus (inquit) „in septuagenario nimio hæmorrhoidum flu- „xu extenuato; & mortuo specialem renū „Hydropem. Ren dexter ponderabat  $\frac{1}{2}$  ij „cum dimidia, sinister  $\frac{1}{2}$  ij. Membrana re- „num adiposa indurata erat ac fero flavescente „urinam redolente referta; interior verò sub- „stantia penitus fere vesicularis eundem li- „quorem continebat. Vesiculae inæqualis „figuræ & magnitudinis reperiebantur, maxi- „maque pars substantiæ renalis partim cor- „ticalis, partim vero medularis deleta.“

d) *Hepatis infarctus, scirrhus, &c. unde symptomaticæ ut plurimum hæmorrhoides accidunt.*

### §. XVIII.

g. CACHEXIAE variæ haud raro ita fo-  
lidis fluidisque vel vitium vel motum anomā-  
lum consilicunt, ut inde corpus ad hæmorr-  
hoïdes reddatur proclive. Huc vel maxime  
faciunt.

a) *Atrabilis;* nam GALENO (*b*) teste  
„quorum succus malus melancholicus fuerit,  
„— ni-

(*a*) Observ. anatomi. Tar. facie. 2. in præfat.

Obs. 4. fol. 6.

(*b*) De succor. bonitate & vitio Cap. 14.

E

„— nigras plerisque varices , & hæmorrhoides attulit , hujuscmodi succus :“ quemadmodum id HOFMANNI (c) secretario accidit

b) *Lithiasis.* Hanc inter, & calculum magnam intercedere affinitatem, ita ut alterum ab altero facile nascatur, docte omnino demonstrevit M. ALBERTI , (b) & singularem hujus commatis casum I. STORCH (c) com- meminorat. Cholerico - melancholicus annorum multis ab annis calculosas affectiones perpeccus Martio mense 1727. noctus est in femore uleus humidum pruriens , ardensque cum materia alba calcarea ei adhaerescente ; quo nato imunis evasit ab incommodis calculi. Præscriptum :

R. ♂ conchar ppt. d. j. β  
— antispasm. d. β. M. div. in doses sex M. & V. ex aqua sumendas.

R. ♂ C. C. usci ʒβ  
— sem. lycop. d. ij. M.

D. pro conspergendo ulcere. Die 12. femore pene jam siccato inflammabatur scrotum , omisso ergo femore jussus est æger ♂em scroto inspergere , simulque unq. lithar-

(a) Vide §. 53. I.

(b) Diff. cit ad §. 9. c)

(c) Obs. clin. ann. 5. Octobr. cl. 4. p. 230.

lithargirii adhibere. Scroto sic etiam 18vo relevato fluxere hæmorrhoides. Ad evehendam abhinc fluxionis materiam datum 25to die catharticum e pillularum de succin. CRAT. BECHER. purg. 22 ß. unde toto anno sub leni e femore fluxione senex sic satis sanus vixit.

c) *Hydrops* variii, qui symptomaticas, ac plerumque funestas hæmorrhoides (a) producere solent, nisi forte ab harum suppressione illi orti sint, qui fluxu reverso sanantur. (b)

d) *Scorbutus* quoque ingravescens haud raro symptomaticas, & ut plurimum ominosas hæmorrhoides (c) causare consuevit.

e) *Pyoses*, seu cachexia purulenta ab ulceribus internis, externisve, resorptione puris in sanguinis massam, enata: unde toutes in tabidis hæmorrhoides symptomaticæ, & exitium plerumque comminantes.

## E 2 CAPUT

---

(a) Vide §. 53. III. B. Nro. 4.

(b) Vide §. 53. III. A. Nro. 2. i)

(c) Vide §. 53. III. B. Nro. 2.

## CAPUT IV.

## PROCATARCTICÆ CAUSÆ.

## §. XIX.

I. INGESTA varia ita natura sua comparata sunt, ut facile morbum hæmorrhoidalem accersant, & præprimis

a) *Calida*, acria, rarefacentia sanguinem, vel maxime spirituosa, ut vina generosa præfertim Hungarica, aliaque potulenta inebriantia, quod plethoram spuriam (a) producant. Sic a vino aliisque inebriantibus liquidis in hæmorrhoides incidit HENCKELII  
 (b) ebriosus, vir apud DE LA METHRIE (c), puer MÜLLERII (d), STAHLII (e) aulicus, ac TRUMPHI (f) homo. In iis autem, qui morbo huic jam ante existere obnoxii, ab id genus potibus hæmorrhoides crebriter ubi-  
 riisque fluere observantur, velut in HERMAN-

NI

---

(a) Vide §. 14.

(b) Vide histor. hæmorrhoid. Vesicæ, §. 18. B.  
 Nro. 3.

(c) Vide §. 91.

(d) Vide §. 84. c)

(e) Vide §. 75. c)

(f) Vide §. 53. III. A. Nro. 2. l)

ni (a) viro; imo in immodicum inde fluxum prolapsi sunt, CORNARII (b) nobilis & PEZOLDI (c) Eques. Ac tanto quoque magis hæmorrhoides a vino progignuntur, si illud mangonio vitiatum spasmos intestinorum sanguinis per venas hæmorrhoidales refluens cursum remorantes accersiverit. Sic apud J. D. GOHLIUM (d) vir hæmorrhoidibus albis obnoxius quoties in potu excederet, anorexia, & naucosa cardialgia plectebatur, multumque muci albantis sine ullo sanguinis vestigio cum tenesmo egerebat. Magonisatum autem vinum si quando bibit, mox, capit, & spasmodico lœvi hypochondrii dolore corripiebatur, &c.

b) *Solventia* ab iis, quibus tenuior est sanguis, usurpara, præsertim aquæ soteriæ ac ~~alia~~ <sup>+</sup> Pyrmontanæ potu HOFFMANNI (e) æger ex profuso hæmorrhoidum fluxu interiit. Erat is 63. ætatis annum egressus; pleno ac robusto corpore, a multis annis liberalem & fere menstruum hæmorrhoidum fluxum cum lucro valetudinis pati

(a) Vide §. 59. b)

(b) Vide §. 95. d)

(c) Vide §. 59. b)

(d) Aët. med. Berolin. dez. I. vol. 4. sett. I.

Nro. 4. p. 54.

(e) Med. rat. syst. T. 4. P. 2. S. I. C. 4. Obs. I.

pati solitus, quo a diurno tacita cum tra-  
mærore suppresso cum faciem ante floridanæ  
flavescere, ac flaccescere cum oculorum in-  
tumescientia videret, cachexiæ metu Pyrmon-  
tanæ acidulas ex fonte ingenti copia, at sine  
idoneo sub usu earum, deincepsque regimi-  
ne, hausit, a quies effusissima secuta est ani  
hæmorrhagia, nec nitrofis pulveribus, nec  
~~BRCHERI~~ pillulis compescenda; sed pedes  
œdematosi facti, venter intumuit, collapſæ  
vires, dispnæaque affixit, & superioribus  
artibus contabescentibus demum æger obiit.  
Haud secius civis apud POMME (a) ex ira  
post ~~Y~~ii usum in immodicum hæmorrhoidum  
fluxum prolapsus est.

c) *Emmenagogæ* quatenus sanguinem  
ad iliaca vasa & organa in pelvi locata uberi-  
us determinant sique hæmorrhoidalium vas-  
orum infarctum causant, in viris ob uterino-  
rum vasorum absentiā, in feminis vero,  
dum utero gerunt. J. STORCH (b) curandam  
habuit mulierem juvenem cholericam in ab-  
sentia viri ab alio ingravidatam, quæ cum ad  
excutiendum per catamenia fetum largas bal-  
fami ♀ doses & frigidum fabinæ in aqua in-  
fusum usurpasset, non modo menses (at illæ-  
so,

(a) Vide §. 133. b)

(b) L. c. ann. 7. Febr. cl. 2. p. 41. sq. & von  
Krankh. der Weiber. T. 3. Caf. 109. p. 489. sqq.

so, & justo dein tempore edito fœtu; inde  
 nausta est, sed etiam hæmorrhoides tumentes  
 æque, ac fluentes cum vehementi tenesmo,  
 ac dolore, alvo rara, dura & ad syncopen  
 usque dolorifica, ventrisque meteorismo.  
 Mensibus autem deinceps non reversis eo acri-  
 us hæmorrhoides afflxere, quoad peperisset.  
 Dignum etiam lectu casum H. F. DELIUS (a)  
 suppeditat de robusto milite 24. annorum,  
 nec narium hæmorrhagias, nec hæmoptoen,  
 nec ulla sanguinis ebullitiones, nec spasmos  
 abdominis perpresso, qui post multos concu-  
 bitus insuper juscule emmenagogi, quod  
 puellæ ejus ad pessundandos fœtus sibi para-  
 runt, epoto in tantam abdominis incidit in-  
 flationem, ut ilia timuerit crepatura. Sumto  
 emetico sæpius quidem, & cum euphoria vo-  
 muit; sed ex illo tempore vomitus interdum  
 recurrebant, angustiis præsertim a flatulentia  
 recrudescentibus. Variis ab hinc aliis reme-  
 diis usus est, sine levamine, quod veram  
 mali causam reticuerit, variisque toto inde  
 anno cum malis conflicitatus est, frequenti-  
 bus nempe cardialgiis, flatulentiis, tenesmo,  
 & stranguria interdum, atque affectibus lipo-  
 thymicis. Cibi assumpti vel modicum  $\omega$ us  
 frumenti motus hos exacerbabant. Læpso ita  
 anno Auctorem consuluit luridus aspectu cum  
 abdomen tumido, retulitque se ante seme-  
 stre

(a) Amænit. med. dec. 3. Cas. 6, p. 210.

stre bis molestissimo tenesmo correptum scy-  
bala striis cruoris permixta egestisse, & ubi  
diu celatam aliis morbi causam illi apperuit-  
set, præbuit Auctor elixir viscerale ex gum-  
m resolv. & extraclis amaris cum semivinoso  
menstruo paratum, anim. rhab. eff. cascarill.  
millefol. &c. dulc. Ab his blanda alvus &  
crebri ructus levantes, mitior tenesmus, at-  
que a prandio augustiæ pauciores, leviores-  
que; versus vesperam autem plerumque pa-  
roxismus hæmorrhoidalis recurrebat impetuo-  
siori ad loca hæmorrhoidalia congectione, co-  
licis doloribus & atrocibus circa os sacrum  
spasmis. Jungebantur sonora abdominalis mur-  
mura, & quoties istud manu paulisper com-  
primebatur, flatus observabatur, ex uno clau-  
stro in aliud cum strepitu migrare, jussus est  
priorem mixturam iterare, & ad grt. 50 ter  
in dies capere, in paroxismo autem saturatum  
millefolii decoctum calide haurire. Ce-  
revisia parcus concessa, & *N*ui frumenti  
sufficeta *V*a melissæ vinosa. His pedentem  
ita est emendatus, ut eitra insigne incommo-  
dum equo rufus uti potuerit.

d) *Cathartica* præprimis draſtiča. Eorum  
enim specifica vis agendi humores uberioris ad  
inferiorum partium vasa determinat, simul-  
que homo tempore dejectionum crebros edit  
nexus ad alvum egerendam, eoque vehemen-  
tiores, quo cathartici stimulus acrior fuerit,  
sub quicis compressio venarum abdominalium  
efficitur, siveque sanguinis per eas refluxus  
ratar-

retardatur, ac sanguis ibidem congestus ex arteriis illas in varices distendit, rumpitque; quod eo promptius accidit, si purgans fuerit drasticum, & spasmos abdominales eodem tempore concitaverit, a queis venarum tanto major efficitur compressio. Sic BIERLINGII (a) mercator a drastico cathartico cæcas natus est hæmorrhoides, nimium vero a catharticis fluxerunt militi HOFFMANNI (b) ac figulo SPINDLERI (c). In dispositis autem vel habituali in morbo sola sæpe eccoprotica, vel non usque adeo saltem drasticæ sufficiunt ad prioritandum hæmorrhoidum fluxum. „Novimus, inquit STAHLIUS (d) virum sanguineum leviter melancholici status, plethoriam, qui cum prius & sponte nunquam senserit hæmorrhoidum fluxum, tricenaria circiter ætate, quotiescumque purgans aliquod paulo largiore dosi aut efficacia assumeret, statim sanguinem una, & quidem absque dolore, aut alio incommodo excernere sivevit.“ Perinde apud C. T. BIRRLINGIUM (e) illustris persona 50 annis major, sanguineocholérica, sanissima, prophylactice quotannis

ante

(a) Vide §. 126. c) β

(b) Vide §. 95. a)

(c) Vide §. 119. Nro. 4.

(d) Diff. de hæmorrhoidum internar. motu. cap.

4. p. 21.

(e) Adversari, curiosor, Cent. I, Obs. 21. p. 41.

ante quodvis æquinoctium sumens catharticum jam ex sola pulpa Cassiae; jam cum pulpa tamarindorum, syrupo Cich. c. rheo, & guttis aliquot ess. ♂ ♀ satæ ZWELE. in infuso Sennæ fine coctione, & expressione post quamlibet purgationem patiebatur 5 ad 9 dies sub alvi depositione fluxum hæmorrhoidum satis überem, ut in dies sanguinis 3 viij vel ix redderet, indeque intestini recti prolapsum, at sine ulla virium jactura. Imo aliqua ex catharticis ob idiosyncrasiam peculiarem nonnulli haud ferunt, quin ocijus hæmorrhoides inde aut fluant, aut tumeant. Ita „lanius „Ulmensis, narrat I. SCULPTETUS (a) . . . „, a diuturnis hæmorrhoidibus cannula, & si „, lo . . . tandem liberatus toties recidivam „, passus est, quoties medicamentum purgans, „, quod ingredenterur vel folia sennæ, vel „, scamonium ore assumit. Quapropter . . . „, ægrotanti interdiximus usum sennatorum, & „, scamoniatorum, qui inde acerbo ab hæmorr „, hoidum dolore per multos annos immunis „, saluberrime vixit.“ Hujus quoque loci sunt aciora elysmata crebrius injecta, ut quæ non modo motum peristalticum adaugent; sed & majorem stimulo suo humorum ad hæmorrhoidalia vasa affluxum allicant, notantibus id & I. WALÆO (b) & HOFFMANNO apud L.

SCHOL-

(a) Armamentar. chirurg. Obi. 76.

(b) Method. medendi. p. m. 120.

SCHOLZIUM, (a) queis suffragatur observatio  
F. DECKERI (b) de muliere ad 38 annos na-  
ta, melancholica, alvum fere semper adstric-  
tam habente, præsertim post catharticum,  
qua restitante variarum partium doloribus  
affligebatur, alvi egestione semper mitescen-  
tibus. Postquam autem consilio medici al-  
vum crebris enematibus solicitasset, natura  
iis ita assuevit, ut sine iis nunquam alvus  
solveretur, demumque magnus conseqüe-  
tur hæmorrhoidum fluxus. Accitus Auctor  
enematibus sufficit sequentem haustum catar-  
ticum.

R<sub>x</sub> Cass. fistul recent. extract. ʒ. 3.

Mannæ calabr.

Syrup. rosar. solut. ʒ. d. v.

▽æ chichor. q. f. M. F. haustus.

Ter inde sine dolore alvus mota, &  
post biduum sponte semel soluta. Ab hinc  
vero restitans denuo alvus eodem semper ha-  
stu leniter solvebatur, & 4ta ejus assumptione  
hæmorrhoidum quoque fluxus est percuratus.

e) *Aloe*, & remedia eam continentia  
vel crebro, vel dosi liberali usurpata. Quem  
admodum enim cantharides in vias uropho-  
ras, & in salivales glandulas, &c. specifice  
agunt; ita etiam aloe omnium ætatum, ac  
medico-

(a) Confil. 173.

(b) Exercit. med. pract. Cap. 6. p. m. 450.

medicorum testimonio primariam a creatore  
natura est efficaciam, sanguinem ad haemorrhoidalia  
vasa uberiorius determinandi, alvumque  
solvendi; ut nonnulli eam ab hac via ab-  
solvere sint adnisi: (a) constans tamen expe-  
rientia nullum amplius dubio reliquit locum.  
Certe G. FALLOPIUS (b) affirmat millies qua-  
si visum a se fuisse, usum aloes referari haemor-  
rhoides, ita ut e 100. illa utentibus 90  
sint futuri, qui haemorrhoides inde adipiscan-  
tur. Hinc multis etiam in locis, ubi reme-  
diorum aloeticorum usus invaluit, haemor-  
rhoides velut endemias observantur, R. FON-  
SECA, (c) „haemorrhoides (ait) sunt morbi  
„regionales, & endemii; frequentissimi ve-  
„netiis, Patavii, & locis circum vicinis, quarum  
„causae multiplices esse videntur, prima est  
„— frequentissimus usus pillularum aloes 2da.  
„tumores lienis, qui & ipsi quoque frequen-  
„tes sunt in his locis; 3a. multiplex usus medi-  
„camentorum purgantium, clysterium, & sup-  
„positoriorum; 4a attritio partium illarum“ a  
detestando ne Italis familiari crimen sodomi-  
tico? „Ex eadem ratione a medico apud Ham-  
„burgenses aliquamdiu commorato audivimus“  
inquit STAHLIUS. (d) „familiares ibi locorum  
ob-

(a) FROMANN — I. c. P. I. probl. 23. p. 104. sqq.

(b) De simpl. purgant. facult. Cap. 32.

(c) Consult. med. T. I. Conf. 27. p. m. 182.  
sq. 186.

(d) Diff. de motu sanguinis haemorrhoidalium, &  
haemorrhoidibus externis. Cap. 7. p. 20.

„observari hæmorrhoides ob valde familiarem  
 „usum elixirii proprietatis“ &c. Porro G. v.  
 WEDELIUS (a) „ab usu adulto (ait) pillularum  
 „Francofurtensium 4a. fere pars eorum, qui  
 „iis usi sunt, observata fuit hæmorrhoidi-  
 „bus correpta. Experiri id quivis potest,  
 „si continuare usum ejusdem (aloes) per ali-  
 „quot dies sustineat, tenesimum saltem hæ-  
 „morrhoidalēm excitari“ id quod G. E.  
 STAHLIUS (b) etiam bona fide testatur „quod  
 „nempe homines aliquot deprehenderit, qui  
 „non adeo æque ab ulla aliqua prægressa  
 „consuetudine hæmorrhagialium aut artifi-  
 „cialium sanguinis ventilationum prædispositi,  
 „sed solum a paulo agiliori vitæ genere ad  
 „paulo segnius transgressi, luculentis valde  
 „hæmorrhoidalibus motibus infestari cæpe-  
 „runt, nulla alia causa apparente, nisi quod  
 „pillularum francofurtensium usui temere af-  
 „suevissent.“ Hoc ipsum etiam C. F. PAULLI-  
 NI. (c) binis in ægris observavit, & WEBBE-  
 RI (d) quadragenarius aloeticorum cum car-  
 minativis usu hæmorrhoidum fluxum ad ascen-  
 tem usque nimium sibi causavit, sic etiam I.  
 CALVINUS (referente BEZA in ejus vita) par-  
 tim ex vocis contentione; partim (quod) se-  
 ro

(a) Amænit. Mater. med. L. 2. S. 1. Cap. 6.  
p. 257.

(b) Diss. de hæmorrhoid. internat. motu. Cap.  
4. p. 20.

(c) Vide §. 82. 95. a)  
(d) Vide §. 93.

ro nimis animadversum ex immodico aloes usu primum in hæmorrhoides, easque demum ulcerolas dein 5. ante mortem annis in sanguinis screatum incidit, ac tandem ex quartana interiit. I. STORCHII. (a) rustica mulier 50. annorum cum ad familiarem sibi constipationem alvi amoliendam sæpius aloes cum — *N* frumenti usurpasset, incidit in enormes ani dolores, ardoremque, ac tenes-  
mum, ardore in dorsum usque excrente, ac tenesmo purum quandoque sanguinem ex-  
primente. Datus, ubi annum jam sub his  
tormentis ægra exegit & antispasmodicus,  
imperatus litus, præbitum infusum millefolii;  
at omnia sine levamine, alvina constipatione  
manente tam contumaci, ut ægra intra tres  
vel 4. dies vix semel quieverit ope foliorum sen-  
næ alvum referare, donec relicto aloes usu,  
& potis per æstatem proximam aliquamdiu a-  
quis fontis Liebsteinensis melius habere  
cæpit.

§. 20.

2. NIXUS validi, crebrique ad alvum,  
partum, &c. editi, queis abdominis conten-  
ta omnia arctius in spatium rediguntur, ac  
versus pelvim urgentur; quo fit, ut per ve-  
nas, præsertim hæmorrhoidales, compressas  
san-

---

(a) Obs. clim. ann. 3. Decemb. d. 4. Nro. 9.  
p. 835.

sanguis refluere non valens in varices extendat, aliquando demum crepaturas. In partu vero hanc eandem venarum compressionem foetus etiam insigniter auget. Hinc G. HORSTII (a) mulieri macræ, ad 40 annos natæ haemorrhoides a laborioso partu usque adeo turgebant, ut saepius cum stereore non modo molis tumor duas juglandes æquans exprimeretur; sed fluidus quoque sanguis profluere. A partu etiam haemorrhoides natae sunt feminæ FORESTI. (b) GOCKELII. (c) duæ HEISTERI. (d) LENTILII. (e) RIEDLINI. (f) SALOMONIS. (g) ac WEDELII. (h) matronaque R. I. FORTIS. (i) Ab alvi autem nixibus cæcæ haemorrhoides obortæ sunt RAIMANNI (k) viro, ac WALTHERI (l) nobili. Mirum vero est voluntariis nixibus pro arbitrio fluxum haemorrhoidum concilari posse, id quod D. PANAROLUS (m) observatum fuis-

(a) Obs. med. P. II. L. 1. Obs. 14.

(b) Vide §. 126. c) d. — (c) Vide §. 119. Nro. 3\*

(d) Vide §. 84. c) §. 131. Nro. 7.

(e) Vide §. 64. c) (f) Vide §. 133. a)

(g) Vide §. 115. Nro. 1.

(h) Vide §. 24.

(i) Consult. & resp. med. T. 2. Cent. 3. Cas. 15.

p. 334.

(k) Vide §. 109. b)

(l) Vide §. 131. Nro. 19.

(m) Obs. med. Pentec. 2. Obs. 47. p. 110.

fuisse narrat; videlicet. „Senex quidam „cum non recte se haberet, dum esset ju- „venis, erumpente sanguine ex hæmorrhoi- „dalibus venis sanus siebat; sed (quod mi- „rum est) natura ex iteratis actibus motum „naturalem in voluntarium convertit: tam „facilis est hæc sanguinis ejactio in dicto se- „ne, ut cum aliquo modo male se habeat, „tunc plus vel minus sanguinis, quantum li- „bet, excernat, & bene se habeat.“

### §. XXI.

3. METEORISMUS *abdominis*: turgentibus enim aere multo elastico intestinis compressæ venæ a stagnante suo sanguine & uberioris continenter ab arteriis affluente sensim in varices elevantur, facileque hæ ipsæ crepant.  
**F. HOFMANNI** (*a*) trimula puella pallida, parumque appetens cum fecibus alvinis paucillum cruxis egerebat, ac postea tuberculum quoque renitens, & avellanam magnum nacta est; multæ molestia inter sedendum. Cum ex dispepsia, ac flatulentia morbus natus esse censeretur, ad liberam alvum servandam, sanguinemque depurandum præbuit Auctor infusum alternis diebus mane hauriendum.

\* Herb.

(*a*) Med. rat. syst. T. 4. Suppl. Cap. II.  
 Obs. II, Opp. T. 3. p. m. 503.

4. Herb. hederæ terr. M. j.

Summat. millefol.

Flor. chamom. vulg.

— pap. rhæad aa. p. jv.

Fol. Sennæ f. f.

Crem. ♀ri aa 3ij. M. conc D. us 3j

cum **Hij**  $\nabla$ æ infundatur. Stomacho prospicuum elixir vilcerali Auctoris ad guttas 20. in prandio & 5ta hora vespertina dato. Ani denique tuberculo linteum calido vino rubro Pontack dicto imbutum admotum. Ab his ægra brevi convaluit. Nihil autem flatulentiam facilius progignit, quam ingesta flatulenta, ac perfrigeratio corporis, praesertim, ubi laxitas insuper tubi intestinalis praestet est, & aliqua simul plethora. Sic j. STORCHII (a) coqua procera & cholerica, vietu bono, vienoque non carens, a comesta pulite farinacea incidit primum in tormina, quæ deinde in tenesmum degenerarunt adeo vehementem, ut sub alvi egestione non modo sanguis simul excerneretur, sed ardentia quoque tuberculæ dolorifica erumperent. Cum clarum esset, haemorrhoides cum cæcas, tum fluentes adesse, dati **S**es ex crystallo ♀ri, ♂o, ac cinabari, atque MRA ex **R**is rhei, ac ♀ri: mitescentibus inde haemorrhoidum doloribus obortus est ad 14 dies fluxus mensium, quem cohiri-

(a) Von Krankh. der Weiber. T. 2. Cap. 31.

p. 154.

cohibusere & ex corall. rubr. gr. XV. & ⊖  
puriss. gr. V. conflati, 7ma quaque hora ex  
▽a hausti. Sublato fluxu imperata larga pe-  
dis phlebotomia cum levantine; nam catame-  
nia deinceps justa copia fluxere.

### §. XXII.

4. **COLLUVIES humorum pravorum** pri-  
mis in viis, quæ non modo ob junctam ple-  
rumque flatulentiam; sed etiam, si biliosa  
illa sit, ob tenuitatem sanguini inductam hæ-  
morrhoides haud raro ac plerumque immodi-  
ce fluentes, causat. Enim vero neminem  
Practicorum præterit, varias a biliosa caco-  
chymia hæmorrhagias produci, prout nempe  
quisque æger secundum sui corporis idiosyn-  
crasiam ad hanc vel illam est magis proclivis.  
Ita in febribus biliosis catamenia feminis an-  
te tempus comparent, imo, si quæ uteri hæ-  
morrhagiæ obnoxiae sunt, sæpe has extra fe-  
brem a bile collecta pati solent. Neque ulli  
(opinor) ignotæ sunt hæmoptyses biliosæ &c.  
Quid igitur mirum, a faburra biliosa hæmorr-  
hoides quoque fluere, & sæpe quidem cum  
excessu? manifesta hujus rei exempla præ-  
bent HERMANNI (a) vir, ac PEZOLDI (b)  
Eques, multique alii.

### §. XXIII.

(a) Vide §. 59. b)

(b) Vide §. 59. b)

## §. XXIII.

**S. ALVUS** vel fluxa vel dura.

a) *Fluxa* ob rationes in catharticis (a)  
jam datas. A diarrhoea sane hæmorrhoides  
nacti sunt studiosus BEHRENSII (b) ac vir  
DANIELIS (c), tum GERBEZIUS (d) ipse,  
helluo HENCKELII (e) senexque SMETII (f).  
Dysenteria vero longior inprimis, ob majo-  
res nixus conjunctos, spasmos &c. eo prom-  
tius hæmorrhoides HAENIO (g) teste accer-  
sit. Sic j. s. ALBRECHT (h) de constitutio-  
ne dysenterica Octobris 1736. Coburgi obser-  
vata agens „multis (ait) cessante dysenteri-  
„co fluxu pertinacem hæmorrhoidalem super-  
„venisse, quorum e numero puer 14 anno-  
„rum erat, quem medio Septembri dysente-  
„ria adeo benigna invasit, ut non tantum  
„orthostadius maneret, verum etiam appeti-

F 2

270

(a) Vide §. 19. d)

(b) Vide §. 51. B. a. Nro 1. δ

(c) Vide §. 60.

(d) Vide §. 84. c)

(e) Vide histor. hæmorrhoid. vesicæ. §. 18. B.

Nro. 3.

(f) Vide §. 51. B. a) Nro. 1. δ

(g) L. c. Cap. 2. §. 8.

(h) Commerc. Nor. T. 7. A. 1737. hebdom. 8.

Nro. 1. p. 58.

„tu satis laudabili gauderet. In hoc ipso pre-  
 „tro tandem symptomata dysenterica (tormina  
 „nimirum crebriorque desidendi conatus) om-  
 „nino evanuerunt, ut nec minimum de iis  
 „sentiret; semel tantum sub noctem post uni-  
 „cam fecum alvinarum justæ consistentiae ex-  
 „clusionem, tenesmus cum sanguinis sinceri-  
 „oris modica excretione se manifestabat; qua-  
 „finita per integrum nycthemerum sine dolo-  
 „ribus, & dejectione bene se habuit æger,  
 „talisque valetudinis status mensem fere du-  
 „rabat; quoniam ob virium exile detrimen-  
 „tum ejusmodi excretionem præpropere suf-  
 „flaminare non adeo necessarium duceba-  
 „tur: donec tandem & hæc chronica excretio  
 „penitus cessaret.“ Alias (a) quoque obser-  
 „vavit puerum 6 annos natum, qui anno su-  
 „periori dysenteriam epidemicam feliciter eva-  
 „ferat, sub initium statim . . . mensis (Ja-  
 „nuarii 1737) hæmorrhoidibus internis fluen-  
 „tibus per aliquot dies semper post scybalo-  
 „rum solidorum excretionem, tentatum fuisse.

b) *Dura*, rara, laboriose deponenda;  
 dura enim scybala diu copiose collecta venas  
 hæmorrhoidales premunt; quam pressionem  
 accidentes deinde validi nixus magis inten-  
 dunt: quo fit, ut sanguis per eas refluere  
 nequiens, uberioriusque affluens eas distendat,  
 rum-

---

(a) Ibid. Hebd. 27. Nro. 2. p. 212. sq.

rumpat. Ab hac sane causa LENTILII (a), ac STORCHI (b) mulieribus, ac RIVERII (c) Religioso hæmorrhoides obortæ sunt. Quia in re MORGAGNIUS (d) non abs re sæpe accusandam censet „consuetudinem . . . multo „partius edendi, & præsertim bibendi, quam „ferre possit natura. Sic in SARPII vita legimus, cum ipse junior parcissime ederet, nil „autem vel plures ad dies biberet, in diuturnam alvi adstrictionem incidisse, qua non „modo ante triduum fere, interdum ante dies „7, nihil dejiceret; verum ut dejiceret tandem, iis uti nixibus cogeretur, unde multos ob hæmorrhoides dolores, & molestum anni prolapsum pertulit annos plurimos.“

#### §. XXIV.

6. GRAVIDITAS, quæ & sanguinis ad uterum & intestini recti vasa affluxum auget, & stercora remoratur, & utero tumente venas comprimit, &c. queis omnibus sanguinis accidit in venis hæmorrhoidalibus accumulatio, harumque inde in varices distensio, ac ruptura (e). Præprimis autem in plethoricas

(a) Vide §. 64. c)

(b) Vide §. 19. e)

(c) Vide hist. 4.

(d) L. c. Nro. II.

(e) HAEN I. c. Cap. 2. §. 4. &c. p. 10.

cis gravidis, ubertim alias catamenia habentibus res locum habet, ac s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> quidem vel primis etiam graviditatis mensibus, a sola catameniorum emanatione, citra ullam adhuc runc insignem vel stercorum remoram, vel venarum compressionem ab utero, id quod M. ALBERTI (a) observavit „in juniori adhuc, plurium tamen infantum, femina, quæ medio graviditatis tempore largam hæmorrhoidum profusionem citra ullum tamen damnum perpesta fuit; modo illam colicæ quædam torsiones comitabantur, & aliqualis virium lanquor consequebatur. Eadem etiam femina primo in graviditatis mense uterinam menstruam purgationem subiit, altero hæmorrhoidalem, 3tio iterum menstruam, 4to vero finito, circa 5t<sup>o</sup> initium denio larga contigit hæmorrhoidalis evacuatio, & sic hic lusus sanguinei purgaminis aquievit.“ Meninit & alius luxuriosæ feminæ (b), quæ cum extra graviditatem moliminibus hæmorrhoidum esset obnoxia, sub graviditate illarum patiebatur fluxum, & alternantia cum eo ardentia tuberculæ. Tertiam quoque novit (c), quæ grida cæcas patiebatur hæmorrhoides, nibinis

(a) Diff. de hæmorrhoidib. gravidar. & puerpar. (4to Halæ 1727. Resp. I. R. SCHRAADER.)  
§. 6. p. 22.

(b) Ibid. §. 4. p. 18.

(c) Vide §. 109. b)

binis eas pedis phlebotomiis præverteret. Acerbæ etiam cæcæ hæmorrhoides fuere feminæ ETTMÜLLERI (a) alterum gravidæ. In plethoricis autem fluentes hæmorrhoides mensum, ac Væ Sis. sunt vicariæ, & cum euphoria accidunt. Sic I. HOLLERIUS (b) „in „gravidis . . . notavit hæmorrhoidas utiliter „fluere in duabus mulieribus nobilissimis jam „4. menses in utero habentibus, in quibus „partus tempestivus consecutus est, & salu „berreme adolevit. Erat autem frequens, & „multus fluxus, sanguis fere dilutus, qui ubi „subsistebat, gravius habebant. Aegræ exclu „so (fœtu) levabantur.“ Quibus autem olim fluentes hæmorrhoides persanatae sunt, facile illas revocat graviditas, testante rem obser „vatione G.W. WEDELII (c) de muliere 41 annorum, ab 8. annis mensum loco fluxum hæ „morrhoidum passa, quem a primo partu adepta est. Adhibitis remediis jam pene ab illo percurata, cum alterum gravida facta esset, fluxus revertit, isque immodicus, & ut plurimum diarrhoeæ junctus: unde mulier pallida, debilissimaque, & extenuata, nil opitulantis bus martialibus anticachecticis, demum ex haustis viribus diem obiit.

### §. XXV.

(a) Vide §. 81.

(b) De morbis inter. schol. ad Cap. 55. p. m. 573.

(c) Misc. nat. cur. dec. 1, ann. 3. Obs. 24.

## §. XXV.

7. PATHEMATA animi perinde haud infrequenter hæmorrhoides vel inducunt, vel exasperant, vel anomalas reddunt, in primis: ira, terror, mærorque assiduus; iste biliosum sistema turbando, heparque obstruendo; ille humores a peripheria corporis & e minimis vasis ad majora compellendo; ira denique sanguinem rarefaciendo, ac bilem commovenndo, alterando; omnes autem simul spasmos abdominales producendo. P. C. STOCKHAUSEN  
 (a) notavit in viro 40. annorum iræ dedito, dum aliquando exarcit, mox postridie gravitum lævi hypochondrii dolorem nasci cum murmure circa umbilicum, unde noctu crebris dejiciens ineunte die trio hæmorrhoidali se fluxu laborare observabat. Pergebat hic fluxus cum levi diarrhoea & ani prolapsu 8 dies; tum omnia symptomata una cum hypochondrii dolore conqueverunt. Referebat æger, saepius id sibi accidisse, ut post iram fluuerent hæmorrhoides. Ita etiam HOFFMANNI (b) virgo, cui alias moderate quovis mense fluebant hæmorrhoides, a concepta ira in immodicum illarum profluvium incidit, & POMMEI (c) civi, qui non multo ante ab nino

---

(a) Disp. de hæmorrhoidib. (4te Heimst. 1770)

§. 31.

(b) Vide §. 148.

(c) Vide §. 133. b)

mio hæmorrhoidura fluxu est liberatus, post excandescientiam iste denuo est resuscitatus. Perinde a diurno, atque immoderato mœrore BLEGNYI (*a*) vidua haemorrhoidum fluxum, prius sibi ignotum est adepta. E. FERDINANDII (*b*) puella annum 20. agens, sanguinea, sedentaria, laute vivens ex zelotypia cum amasio, finiente autumno summum in mœrorem lapsa semestrem nocta est hæmorrhoidum fluxum cum 4. ualibus varicibus ani, ultimo autem bimestri i. e. vere, usque adeo invalescentem, ut ante, & post stercore egesserit sanguinis, iis non permixti jam ~~W~~ *B.* jam plus, minusve; at sine ullo dolore: sanguis coibat. Catamenia insuper omni mense rite fluebant. Ex tanta sanguinis jactura facies amissio suo rubore evasit pallida, ac tumidula & ægra præ debilitate vix incedebat, donec innumeris externis internisque præsidiis sub idonea diæta adhibitis intra mensem prorsus convaluit. Terror quoque GULLMANNI (*c*) mercatori fluxum hæmorrhoidum id temporis passo incussus eundem effecit immodicum, & I. STORCHII (*d*) matronæ ab aliquot jam annis hæmorrhoides

cum i

(*a*) Vide §. 131. Nro. 1.

(*b*) Histor. med. 16. p. 40. fqq.

(*c*) Vide §. 53. III. B. Nro. 1. d)

(*d*) Obs. clin. ann. 1. Novemb. d. 2. Nro. 5.

cum catameniis alternas tenentes ex terrore,  
ac mœrore vehementi, ad improvissum de  
conjugis morte nuncium oborto, magna co-  
pia erupere cum animi deliquis, alio ex alio  
ingruentibus, quæ mala *Hæmorrhoides* corralliorum ac  
œs ex magnesia alba & specifico cephalico  
**MICHAEL** levarunt.

### §. XXVI.

8. MOTUS quies. Hæc utut prorsus op-  
posita hæmorrhoides tamen innumeris in mor-  
talibus provocant, &

a) Quies quidem, quod motum humo-  
rum imminuendo eorundem spissitudinem  
creet, copiamque boni sanguinis ob imminu-  
tas simul per otium excretiones accumulet,  
præsertim in laetus viventibus; et fibris la-  
xitatem inducat; præterea quod cum quieti  
dediti potissimum sedendo vitam exigant,  
venis natum vicinarumque partium compres-  
sis sanguinis refluxus retardetur, ejusque ali-  
unde jam in corpore abundantis ac viscidii  
facti, copia in illis augeatur: unde venæ  
hæmorrhoidales in varices facile elevantur,  
ac sæpe crepant etiam. Otiosæ certe vitae id  
F. HOFFMANNUS (a) tribuit, quod in frigidis  
ori-

---

(a) Med. rat. syst. T. 3. S. 1. Cap. 9. §. 13.  
Opp. T. 1. p. m. 343.

oribus regionibus hæmorrhoides hodie multo ; quam olim sint frequentiores : „nostris . . . temporibus (ait ille) in hisce aquilonariis etiam regionibus longe familiarior est „(morbus hic), ac frequentior ; quam olim, „ut ipse testari possim, per paucos, cum ante „40 annos medicinæ exercendæ manum pri- „mum admoverem, sanguinis per ani venas „stillicidio vel moliminibus ad istud fuisse „affectos. Si in causam inquirimus, mea qui- „dem sententia culpa potissimum rejicienda in „vitæ genus ex operoso , ac laborioso ob „perditos hominum mores in desidiosum , ac „otiosum mutatum, quo non solum major, „quam par est, sanguinis copia ingninitur, „sed etiam ipsum corporis robur lanquescit, „ut non mirum sit effeminato corpori feminineum „quoque accidere sanguinis fluxum.“ Veri- tas hujus opinionis vel inde elucescit magis, quod multis omnino mortalibus, præsertim bene viventibus ac plethoricis, dum ex mo- bili plurium annorum vita, quam sine mul- tis morbis exegerunt, ad quietem sese ingra- vescente ætate conferunt, non multo inde post hæmorrhoidibus occipient laborare, ut expertus est HOFFMANNI (a) quadragenarius & ISENFLAMMII (b) senex. Quæcum ita sint, quid mirum, si litterati assiduis lucubrationi- bus

(a) Vide histor. hæmorrhoid. vesicæ. §. 19.

(b) Vide histor. hæmorrhoid. albar. §. 16.

bus dediti hæmorrhoidibus plerumque sint obnoxii, ut inter infinitos alias FACKHII (a) accidit juveni.

b) Motus autem hæmorrhoides duplice præsertim ratione accersere valet, dum nimirum sanguinem vel admodum ac toto in corpore rarefacit, vel uberioris ad hæmorrhoidalia vasa determinat. Priorem ad classem pertinet in Annalibus Vratislaviensium (b) mulier 48 annorum spissiusculo, & orgastico prædicta sanguine, quæ magnopere commoto per motum multosque conatus sanguine circa medium Januarii incidit in uberrimum hæmorrhoidalem fluxum, sanguinem excernens ut plurimum nigrum, & coactum, lentumque cum spasticis morsificationibus, ac levibus circa umbilicum torminibus, ut spatio noctis 12 ad 15 vices alvum cruentam reddiderit, idque per aliquot hebbdomades non sine universali lanquore & astrum vitalium, animaliumque lanquore. Datis autem antispasmodicis temperantibus, ac tonicis discutientibus optime restituta est, succendentibus rite catameniis. Ira etiam 1. STORCHII (c) juvenis cholericо-sanguineus 24 annorum, amissio ante mensem multo e vulnere sanguine, dum initio Maji

(a) Vide §. 53. II. Nro. 7.

(b) Tent. 27. A. 1724. Jan. Cl. 2. art. 3. §. 1.  
p. 37.

(c) L. c. ann. 6. Maji. Cl. 4. p. 579.

Maji insolitum sibi, magnumque in lupulo fulciendo laborem suscepisset, nactus est tuberculum hæmorrhoidale, quod balsamo sulphuris illitum enormes causavit dolores, donec crepans multum sanguinis fudisset. Reliquias doloris, & inflammationis litus ex ungu, litharg. & albo camphor: discussit. Ad motum vero, quo sanguis in hæmorrhoidalia vasa uberius, ac vel maxime repente compellitur, in primis pertinent omnes validæ corporis a summo imum versus concussions, uti & inferiorum partium succussions, præsertim cum orgasmo humorum circa genitalia. Hinc

*a. Concussio humerorum, natum.* Ex lapsu in nates P. I. SCHENFELDERI (*a*) Canonico recruduit hæmorrhoidis, & F. MÜLLERI (*b*) fabro 22 annorum, dum alter saccum farina refertum in humerum projicit, ille crepitu lævo in latere percepto paucis post diebus corripitur dorsi dolore, cum torminibus, alvi adstrictione, ac febrilibus motibus, quæ ob necessitatem laboris continuandi fluxus hæmorrhoidum est consecutus. Tonsor pedis venam secat. Ab hinc sub labore fabrili, ac vehementi ferri maleatione (sanguinem ita violente ad inferiores partes urgendo) in tan-

tam

(*a*) Vide §. 94. Nro. 3.

(*b*) Annal. Vratisl. Tent. 34. A. 1725 Novemb:

Cl. 2. art. 3. §. 3. p. 507.

tam ani incidunt hæmorrhagiam, ut ipso referente cantharus effluxerit sanguinis magna cum virium jactura. Data essent. carmin. WEDEL, cum Ra fl. milefolii & ou O dulci, ac ſes nitroſi cum cinnab. & absorb. & in fine cum cryſt. mont. ac M. P. de cynogloſſ. ab his ſanguis paucior, & grumofus abibat, ægerque jam parumper appetebat. Ob alvum obſtructam, cum enemata prorsus respueret, data potui calida cereviſa ſecundaria cum cumino. Fluxu autem iterum uberiori facto datum infuſum ex ligno ſassafr. fl. millefolii papav. rhæd. bellid. ſcab. hepat. ſteſtaræ, ſem. fænic. Exterius dorſo admotum Empl. de hyoſc. cum oxicroc. non ſine levamine. Ab ira denique reverſum denuo fluxum compenſeuit ♂ nitroſus cum corall. cinnab. antim. & ſpeciebus de hyacyntho.

*B. Vectio equitatio.* Post vectionem curru morbus RIEDLINO (*a*) accidit, de equitatione autem communis omnium est obſervatio, ab illa hæmorrhoides acciri. G. E. BALDINGER (*b*) teſtatur ſe hæmorrhoides ſæpius apud milites equeſtres; quam pedites habuiffe curandas, id quod & WALThERI (*c*) conſir-  
mat

---

(*a*) Vide §. 127. Nro. 7.

(*b*) Von den Krankheiten einer Armee. 2. Th.  
2. Absch. 12. Cap. p. m. 370.

(*c*) Vide §. 131. Nro. 19.

mat nobilis, & c. r. BIERLINGII (a) vir 33  
 annorum, sanguineo-melancholicus, qui 32do  
 circiter ætatis anno post longum pernicis equi  
 cursu confectum iter acerrimos ani nactus est  
 dolores, aliquo tam inde post tempore de-  
 nudo mitigatos. Ante annum vero abhinc  
 iterum recrudescentes ars iterum quidem abe-  
 git; ab isto vero tempore id genus molestias  
 æger in præsens usque ex leviori motu vel  
 corporis, vel animi persentiscebatur. Cumque  
 nuper in negotiis arduis multorum dierum  
 iter partim rheda; partim equo fuisse emen-  
 sus, pristinus ille dolor usque adeo recru-  
 dit, ut nec sedere, nec jacere valens in-  
 somnes aliquot noctes exigere, ambulando-  
 que tedium levare cogeretur, insequente  
 anorexia & debilitate. Post varia interna,  
 externaque remedia incassum adhibita, con-  
 sultus Auctor invenit ani sphincterem totum  
 inflammatum, ejusque in superiori parte for-  
 ramen pisi capax cum labiis parumper callo-  
 fis, cuius canalis primum recta spinam ver-  
 fus, deinde ampliori cavo dextrum adlatus  $\frac{1}{2}$   
 digiti longitudine declinabat. Quando sphinc-  
 ter ani fese exserebat, sanguis ex hæmorr-  
 hoidibus lævo in latere apertis non procul  
 ab illo foramine; ex ipso autem canale sa-  
 nies effluebat, quæ etiam ex eodem digiti  
 compressione eliciebatur. In dextro sphinc-  
 teris

(a) Thesaurus theor. pract. Obs. 23.

teris latere hæmorrhoidales venæ tumidæ, in sinistro excrescentia quædam dura albaque instar cartilaginis visebantur. Sub egestione fecum, lubrica licet alvus esset, intolerabilis aderat dolor. Imperati ergo sacculi ex fl. verbasc. furfur. tritic. croco, & sem. lini, ac sequens litus:

- B. Pulpæ pomi sub ciner. cocti. ʒj.
- Pinus Gallin. ʒβ.
- Unquent. popul. ʒβ.
- Croci orient. ʒβ.
- Vitell. ovor No. j. M. F. linimentum.

Ab his quidem dolor, & inflammatio ita remisere, ut æger & sedere interdiu commodius, & noctu in lecto jacere posset; sub quavis tamen egestione alvina imminentे immanes horarum aliquot dolores habuit perferendos.

y. *Concubitus ardens*, sub quo insignis sanguinis ad genitalia, vicinumque iis intestinum rectum orgasmus nascitur, cum valida sphincteris ani constrictione, sanguinis per venas refluxum remorante, corporisque succussus: hinc faciles hæmorrhoides.

## §. XXVII.

9. *APPLICATA externa* quæ vasis hæmorrhoidalibus laxitatem p. n. inducunt, stimulo-

muloque suo humores uberioris illuc alliciunt,  
aut sphincteri ani spasmum inferunt, &c.  
ut sunt

a) *Cloacarum effluvia.* Ab A. HÆNIO (a)  
inter hæmorrhoidum causas haud abs re ac-  
censentur „consuetudo latrinis diutiis insiden-  
di: qua sit, ut extrema recti putrido va-  
pori exposita laxentur admodum, tumeant-  
„que.“ Singularem prorsus hujus rei casum  
narrat V. RIEDLINUS (b) de vidua ob muscu-  
laris motus defectum variis malis obnoxia,  
quorum gravissime affligebat hæmorrhoidum  
dolor, ad omnia quæque remedia, quoad  
causa ejus latuerit, contumax; donec istam  
casus aperuisset. Cum enim aliquando ur-  
gente hoc dolore fomentationes ope sellæ  
perforatae anno adhibitas maxime juvare ob-  
servaret, deinceps alvum quoque hanc in sel-  
lam aliquamdiu exonerans toto illo tempore  
a doloribus immunis mansit. Idcirco sana-  
jam sibi visa denuo ad latrinam dejiciendi  
causa itare cœpit. Vix autem bis terve illam  
adiit, cum pristini dolores vehementes recru-  
duere, quos cum pristina quoque methodo  
profligasset, denuoque ad latrinam nihil ab  
ea mali suspicata sedecere occepisset, dolores  
quoque reversi sunt. Tum vero primum in  
men-

(a) L. c. Cap. 2. §. 4. e

(b) Lin. med. ann. 4. Novembr. 2. p. 907.

mentem venit, hos ab illa produci: quapropter deinceps latrinæ sella perforata suffecta ex illo tempore rarius, mitiusque hæmorrhoidum dolor eam affixit, nisi dum sui velut oblita cloacam adeundo illum revocaret, quam tamen in dies studiosius devitabat. Id ipsum etiam jam olim a marito suo fuisse observatum, narratumque reminiscebatur.

b) *Topicæ varia ipsi ano admota.* Sic A. SCHAMSKY (a) „habuit studiosum, cui vitrum aqua destillata repletum, & aqua forti præcipitatum (vulgo die Lichtkugeln) conge latum fuit, remanente interne aliquo spatio lo vacuo. Hic ex curiositate vitrum diffre git, & quia glacies interna frigebat, charta eandem exceptit, chartam inde madidam ex incuria ad loca communia posuit; ipse oblitus ejusdem, dum necessaria peregisset, abstersit eadem charta jam siccata clunes, & immeidate ardorem inexplicabilem percepit, qui fomentis ex lacte, & chamomilla evanuit. Post dies 3. hæmorrhoides fluxerunt copiose diebus 11, fluxu cessante non amplius redierunt.“

c) *Contagium ne etiam? De hoc unicūm novi, eumque ambiguum G. E. STAHLII (b) casum*

(a) Promtuar. med. pract. lit. H. Nro. 3. p. 396.

(b) Colleg. casuall. magn. Casu. 16. p. 190. sq.

casum, nempe vir 40 annos natus, sanguineo-phlegmaticus, succulentus, & habilior, vinoque assuetus, nullis autem hæmorrhagiis obnoxius, multa ex itineribus longis per postam fatigia perpessus, cum abhinc aliquamdiu sedentariæ vitæ indulsisset, pro equestri rursus itinere suscipiendo mutuum accipit ab amico verrucosis hæmorrhoidibus affecto ephippium. Brevi inde post in exitu ani uno e latere natus ei est tumor ossiculum olivæ aut pruni magnus, alvi sub cegfitione observabilis, at sine molesto per aliquot dies dolore; deinceps vero dolor velut ab infixa spina coortus, intra 4. dies adeo increvit, ut æger non modo inde noctu, diuque pervigil ejularit; sed etiam ex aliunde oborta tussi, ac sternutationibus convulsiones metuerit, demumque stupidus ita cubarit, ut genibus inniti haud amplius valens coactus fuerit subjectis pulvinaribus multis assiduo ventri incumbere. Die tandem 5to. vel 6to. post admota emollientia cataplasma emersit vesicula purulenta, ex qua pus cannabini seminis mole egressum est, statimque omnis abiit dolor. At cur non equitationi magis; quam contagio casus hic tribuendus videbatur?

### §. XXVIII.

10. FEBRES quoque variæ visæ sunt hæmorrhoidas attulisse, quas acutæ plerumque in declinatione accersunt; intermittentes ve-

G 2

10

ro post se relinquunt; atque in primis 4næ, sic FORESTI (*a*) vir a 4na. liberatus incidit in hæmorrhoides cæcas & c. F. PAULLINI (*b*) „novit presbyterum Hildesiensem, cui post „gravissimam 4nam sua sponte circa finem „Martii, & circa initium Octobris (hæmorr- „hoides) fluere cæperunt per biduum plerum- „que, aut triduum, summo cum sanitatis in- „cremento, qui fluxus ad finem usque vitæ „ejus ordinarius fuit.“ De symptomaticis autem hæmorrhoidum febribus alibi (*c*) erit dicendi locus.

### §. XXIX.

#### II. METASTASE *sani morbosī*, præsertim.

*a)* *Sanguinis* vacuationes familiares, spontaneæ non reversæ; vel arte facienda neglectæ; cum primis autem.

*a.* *Hæmorrhagia narium*: constans enim omni ab ævo est observatio, homines, qui in juniori ætate crebras narium hæmorrhagias experti sunt, his ob ætatem firmiores desinentibus, plerumque evadere hæmorrhoidarios observavit id jam olim HIPPOCRATES

(*a*)

(*a*) L: c. Obs. 7.

(*b*) De Theriaca cælesti, Seft. 2. Part. 3. Memb.  
2. Cap. 7. §. p. 237.

(*c*) Vide §. 32.

(a) de coxarum dolore, variisque ejus causis a-  
gens, quas inter & hæmorrhoides refert,  
easque hominibus paulo ante dictis accidere  
animadvertisit: „iis autem (inquietus) morbus  
„iste contingit, quibus pueris, aut juveni-  
„bus ex naribus sanguinis fluor consuetus  
„desit; ex quibus percontari oportet, num  
„in juventute sanguinis fluxus contigerit.“  
Binis id exemplis M. ALBERTI comprobatur,  
quorum unum alibi (b) sum daturus; alterum (c) autem tabellarium sistit sanguineo-  
melancholicum, 46 annorum. „Hic in  
„juventute frequentes narium hæmorrhagias  
„cum euphoria expertus est. Postea itinera  
„sua consueta per Franconiam, Thuringiam,  
„& Misniam prosequebatur. Obtigit aliquan-  
„do, ut hyberno tempore, quo ut plurimum  
„a peregrinationibus abstinebat, & domesticis  
„officiis suis indulgebat, externis hæmorrhoidi-  
„bus affligeretur, quæ parum fluebant, mox ve-  
„ro remittebant. Post annum spati um ite-  
„rum brumali tempore vexabatur cæcis hæ-  
„morrhoidibus cum doloribus ischiadicis,  
„& gonagrictis; abstinebat vero ab artificiosis  
„auxiliis, & simplicia in usum trahebat. Cum  
„verno tempore denuo itinera sua instituisset,  
„accidit, ut post vini Thuringici sub itinere  
„usum dolorem pulsatilem, ardentem & lan-  
ci-

(a) Prorrheticor. L. 2. p. m. 113.

(b) Vide §. 55. Nro. 13. a)

(c) Diff. de hæmorrhoidum insolitis viis (Resp.  
I. S. GANZLAND 4to. Halæ 1718.) §. 16. p. 29.

„cīnātem extrinsecus circa anum in di-  
 „stantia 2. digitorum latorum experiretur.  
 „Tandem evenit, ut sub alvi depositione,  
 „ad quam inter meandum cogeretur, in loco  
 „dolente indolentior perruptio sua sponte  
 „sine adhibita frictione orta fuerit, & ad  
 „venulam, quæ in superficie loci affecti ade-  
 „rat, per aliquam moram satis notabilis san-  
 „guinis quantitas guttatum effluxerit, & qui-  
 „dem cum eximia euphoria. Hic fluxus sua  
 „sponte iterum cessavit. Nunquam amplius  
 „ab eo tempore vel cæcas hæmorrhoides,  
 „vel ischiadicum, vel gonagricum malum per-  
 „sensit; attamen narium hæmorrhagiæ iterum  
 „recurrunt, quas aliquoties per annum, in  
 „primis verno, & autumnali tempore ex-  
 „periebatur. Quod si vero sub negligentiori  
 „diæta, & regimine narium hæmorrhagiæ in-  
 „termiserint, tunc vel capitis erysipelas, vel  
 „acris rheumatismus exceperunt.“ Perinde  
 I. STORCHII (a) vir 30 annis major, lauræ  
 semper niensæ assuetus, juniori ætate multis  
 narium hæmorrhagiis obnoxius, spectato  
 tunc habitu inter sanguineo - cholericos  
 referendus erat, cessantibus demum hæ-  
 morrhagiis aliquanto inde post successit mul-  
 to crebrior diarrhæa, eique interdum juncta  
 sanguinis hæmorrhoidalis excretio, queis  
 temperamentum ita est mutatum, ut nunc  
 melancholico - phlegmaticum præseferret,  
 cum

---

(a) Obs. clin. ann. 3. May. d. 4. Nro. 4. p. 295.

cum metu imminentis vel hydroperis, vel phthiseos. Tandem immoda illa sanguinis, aliorumque humorum excretio ita remisit, ut per intervalla tantum redierit. Nauseæ primum cum pressione circa stomachum & borborygmis oriebantur, tum secuta semel aut bis per hebdomadem diarrhæa, sanguinis autem excretio quovis tertio tantum mente semel, &c. Haud secius in alio ejusdem (a) viro desinentibus narium hæmorrhagiis hæmorrhoidum anomaliæ occiperet, ac TISSOTI (b) quoque viro, narium hæmorrhagiis post 30 annum ætatis non reversis, hæmorrhoides advenerunt, quod idem Comiti cui-dam accidisse narrat R. I. FORTIS. (c)

β. Catamenia vel parciora, vel nulla ; facile enim sanguis menstruus per uteri vasa egredi non valens ad vicina hæmorrhoidalia vasa regurgitat. Unde HIPPOCRATES (c) „muliebria purgamenta (inquit) subsistere non „utile, ac forte ex talibus comitiales morbi „oriuntur ; partim vero diurnæ alvi sub- „ductiones, partim etiam sanguinis per ora „venarum profluvium (*αιμος ἐσθετικός*).“ Non quacunque corporis ex parte sanguinis erup-tionem, sed ex ano vel maxime, intellexisse couum, dum vocem hæmorrhoidis posuit (ut ut

(a) Vide §. 29. a. & §. 54. Nro. 8. d.

(b) Vide §. 104.

(c) Coacor. Nro. 522.

(d) L. c. Caf. 12. p. 330.

ut non ignorarit varias a suppressis cara-  
meniis alias quoque, ac s̄epe admirabiles,  
hæmorrhagias concitari,) experientia caluum  
satis persuadet; nam cum alia quævis inde  
hæmorrhagia cooriri soleat, hæmorrhoides  
tamen omnium frequentissime, quod ipsum  
cous innuere voluisse viderur. Haud secius  
intelligenda est sequens ejusdem (*a*) historia:  
„apud TECOMAREUM Præfecti annonæ filiae,  
„cum incertum esset, an uterum gestare in-  
„ciparet, & Mensium spatio vomitus pitui-  
„tosus, interdum etiam biliosus erupit; dif-  
„fculter peperit, integre purgata est. Ad  
„30 diem similis vomitus perseveravit, dein-  
„de alvo conturbata vomitus cessavit. Læ-  
„vitas intestinorum adfuit; neque menses  
„prodierunt: duorum annorum spatio per  
„hyemem profluvium, per ora venarum san-  
„guinem (*αίμοντος*) fundere solita, passa  
„est.“ Numerosi alii id ipsum confirmant  
casus. Sic mulieri ALIXII (*b*) parcus pro-  
cedentia caramenia hæmorrhoides causarunt  
cæcas; & similem HIPPOCRATIS historię  
ALBERTI (*c*) observationem suppeditat de  
„plebeia femina laute, & delicate vivente,  
„quæ post puerperium, & ablactationem in-  
„, fantis

(*a*) Epidemior. Libr. 4. Nro. 24.

(*b*) Vide §. 115. Nro. 2.

(*c*) Diff. de hæmorrhoidum & mensium confe-  
su §. 10. Tract. de hæmorrhoidib. P. 2.  
p. 13.

„santis sub mensium defectu per aliquot mensu-  
struos recursus largam, & strenuam hæmorr-  
hoidalem profusionem experta fuerat.“ SEG-  
NITZII (a) quoque puellæ catamenia sup-  
pressa hæmorrhoides attulere. Maxime au-  
tem solenne est, ut menstruis per ætatem de-  
ficientibus succedant hæmorrhoides, quem-  
admodum in maribus post desinentes narium  
hæmorrhagias ingruunt, atque in bene mul-  
tis menstruos observant recursus. Ita apud  
I. C. STUNZER (b) annosæ matronæ mensi-  
um ætate deficientium in locum hæmorrhoi-  
des omni mense fluxere, quod idem accidit  
matronæ KOELI CHENII, (c) & M. ETIMÜL-  
LER (d) „aliquot scio, (inquit) exempla,  
„quod in habitu corporis succulentiore, &  
„turgidiore partium post 49. annum, quando  
„naturaliter fluere desinunt menses, superve-  
„niat fluxus hæmorrhoidum periodicus.“  
Qualem I. STORCHII (e) femina 50 anno-  
rum, cholericо-sanguinea paulo post mensi-  
um finem nacta est überem, superstite sem-  
per a fluxu colica. Dolorificæ autem hæmorrhoi-  
des fuere, quas mensium loco nacta est

VEL-

(a) Vide §. 72.

(b) Ueber die goldene Ader p. 40.

(c) Vide §. 90.

(d) Colleg. pract. prax. special. l. i. S. 9. C.  
3. art. 4. opp. T. 2. P. 1. p. 143.(e) Obs. clin. ann. 6. Febr. cl. 4. §. 3. Nr.  
15. p. 407. April. cl. p. 547. sq.

VELSCHII (a) mulier; immodicæ vero, quas  
 Francofurtenium (b) anus, RIVERII. (c)  
 & HOFFMANNI (d) feminæ sunt adeptæ. Non-  
 nullis etiam catamenia per ætatem supressa,  
 si hæmorrhoides induxerunt; istis abhinc  
 periodice recurrentibus illa non amplius re-  
 versa sunt, velut cuidam I. STORCHII (e)  
 feminæ videtur evenisse, & STAHLII (f) per-  
 inde femina „sanguinea cum menses circa 35  
 „annum supprimerentur, postea & hucusque  
 „hæmorrhoidum fluxum ad bimestria, trime-  
 „stria spatia experitur, intercurrentibus insig-  
 „nibus pathematibus splenieis versus perrup-  
 tionem.“ Imo I. C. ROST (g) vidit puellam val-  
 de cachecticam 16 annorum quæ mensum nun-  
 quam obtentorum loco fluxum hæmorrhoidum  
 menstruum a semestri habebat per aliquot dies  
 post alvi dejectiones; semper tamen erat valetu-  
 dinaria: illo demum subsistente facta perpe-  
 tuo clinica tandem repente interiit. Non  
 vulgarem etiam id genus casum, at feliciori  
 cum

(a) Vide §. 140.

(b) Vide §. 55. Nro. 9. c)

(c) Vide §. 106.

(d) Vide §. 119. Nro. 5.

(e) Prax. casual. T. 2. p. 204.

(f) Diff. de hæmorrhoid. intern. motu Cap. I.  
 p. 6.

(g) Annal - Vratisl. Tent. 10, A. 1719, Octobr.  
 Cl. 4. art. 6. §. 2. p. 493.

cum exitu; narrat H. F. DELIUS (*a*) puella sanguineo - phlegmatica, nondum menstruata, 19no ætatis anno prehenditur vespere quodam frigore, cum inseguente æstu. Crescente morbo aderat die 4to. lassitudo artuum, anxietates, dolores capitis, lumborum, dorsi, colici, vomituritiones, ac deliria per intervalla, quæ omnia sub usu remediorum durarunt ad 7um diem, quo effloruere miliaria rubra, & alba limpidissima, sine ullo symptomatum, exceptis anxietatibus, levamine. Die 9no. oborta diarrhæa 12. egestionum per 24 horas, ob quam retrocedentibus miliaribus vigilias, deliriaque causantibus, admota brachiis vesicantia cum levamine; a die 10mo. fluxere hæmorrhoides quotidie ad 5v. - vj. quatriduo cum levamine, ut die 11mo. symptomata prorsus conquieverint, miliariaque siccari cæpta sensim desquammarentur. Die 17mo. ægra jam aliquot horis lectum reliquit, ac sensim convaluit. Inde 3to. post morbum mensē catamenia sponte prorupere, ordinateque processere; hæmorrhoides vero non amplius reversæ sunt.

*y. Lochia* perinde aut parciora, aut suppressa quæ hæmorrhoidas STAHLII (*b*) feminæ

(*a*) Diff. de purpura rubra & alba cum diarrhæa ac fluxu hæmorrhoidal curata 4to. Erlang. 1756. Resp. N. D. SCHMOLLER. §. 1.

(*b*) Diff. cit. 1. c. p. 6. 7.

minæ sanguineo & melancholicæ, ad 27 annos  
 natæ acciverunt, cui „cum in tertio puer-  
 „perio ex intempestiva refrigeratione lochia  
 „subsistere cœpissent, & gravissimi colico —  
 „suffocativi dolores, & spasmi supervenissent  
 „cum specialissimo dolore, & angustia in si-  
 „nistro hypochondrio, hæc quidem pathema-  
 „ta clysteribus, & medicamentis intra 12 ho-  
 „ras sublata sunt, & lochiorum fluxus revo-  
 „catus; femina vero post 2. circiter menses  
 „cœpit dolores aliquos circa os sacrum, mox  
 „postea tenesum percipere, quem mox  
 „sanguinis cum fecibus excretio ad 3. cir-  
 „citer dies subsecuta est. Et ex illo tem-  
 „pore deinceps menstruatim hic ipse fluxus  
 „ita procedere continuavit.“ M. ALBERTI  
 (a) meminit etiam puerperæ, quæ „post  
 „præmaturam lochiorum cessationem vehe-  
 „mentioribus motibus hæmorrhoidalibus af-  
 „fligebatur, qui præter paucam sanguinis  
 „evacuationem, tanto graviores furores, &  
 „ardores formabant, & tandem in purpuram  
 „aliquam periculosam transibant.“ In alia  
 (b) vero puerpera post tridui fluxum lochiorum  
 vedit hæmorrhoides cum multis colicis  
 cruciatibus per 8 dies illorum in locum flu-  
 xisse feminamque nonnisi post aliquot heb-  
 domades convaluisse.

b) Per-

(a) Diff. de hæmorrhoidib. gravidar. §. 4. p. 18.

(b) Ibidem §. 7. p. 24.

b) *Perspirationis*, quoque, ac *Sudoris* excretio imminuta vel cohibita hæmorrhoidum turbas movere, cum primis vero in iis, quibus hic morbus velut habitualis evasit; solet: hinc toties a perfrigerato corpore, ac vel maxime pedibus, hæmorrhoidalia pathemata exasperari videre est, quod ante alios PEZOLDI (a) futor suo damno est expertus.

### §. XXX.

12. COELUM ne seu clyma hic etiam aliquid ex se potest? Superius (a) quidem relatum est, Venetiis, Patavii, Hamburgi, &c. hæmorrhoides esse morbum popularem; at non tam vitio clymatis; quam ob aloetorum abusum, aliasque res horum locorum incolis arbitrarias: unde cum Austriae quoque cœlum nonnulli morbi hujus ferax esse contenderent; A. HAEN (b) primum, tum nuper etiam I. C. STUNZER (c) nervose ostendit, id non peculiari loci constitutioni; sed hominum vivendi rationi esse imputandum: haud feciis nimirum, ac in Polonia, ac præprimis Lithvania, sese res habet

(a) Vide histor. hæmorrhoid, vesicæ §. 13.

(b) Vide §. 19. e)

(c) Bat. med. P. 7. C. 5. §. 5. ad calcem.

(d) L. c. p. 118. sqq.

bet, ubi teste c. P. SCHULZIO (*a*) hæmorrhoides (cæcæ præsertim, earumque Molima-na) tam sunt vulgares, ut earum neuter sexus; nec ulla ætas (ne infantibus quidem exceptis) fere sit expers, & „haud multum „dico (ait ille) afferens, inter 10. vix 2 vel „3. subjecta repertum iri, ab illis immunia „nisi quod plebs, rustici, & laboriosi levius „præ aliis hoc malo laborent.“ Haud tamen cœlo id tribuit Auctor; sed vel hæreditariæ labi, vel solennibus ibi cibis oleosis laxitatem vasorum abdominalium adferentibus, vel spirituosis potibus immoderate usū patis, vel denique crebræ, vehementique equitationi, cui Poloni a teneris assuecant. Interea tamen est aliquando, quod cœlo adscribere possimus; v. g. in Græcia, omni- que Asia hæmorrhoides tam frequentes; quam apud nos catamenia, non aliunde H. BOER-HAVIVS (*b*) repetit, quam quod his popu- lis „feces . . . instar lapidum duræ erant, „& quia eas summo nixu debebant exprime- „re, inde fiebant hæmorrhoides.“ Hæc au- tem ingens alvi siccitas non abs re immani horum locorum cœli æstui vel maxime tri- buenda videtur. Facit hoc etiam G. BAG-

LIVI

(*a*) Kurze Nachricht einiger besonder. Zufälle sowohl einheim. als ander. Krankh. in Poh- len §. 23. sq.

(*b*) Praelect. acad. de morbis. nervor. T. 2. p. m. 603.

LIVII (a) observatio: „observavimus (narrat ille) Romæ in viro nostro amicissimo; „hic dum in aere aut Neapolitano aut pro-„pinquiorum regni regionum vitam degit, „statim ischiade, & fluxu hæmorrhoidum „corripitur, irritisque quibusvis remediis „tunc potissimum, & momento fere tempo-„ris convalescit, cum Terracinam Latium, „vel Romam ipsam attingit.

## CAPUT V.

### S Y M P T O M A T A.

#### §. XXXI.

**S**YMPATOMATA *hæmorrhoidum* prorsus singularem, imo incredibilem exposcunt attentio-  
nem, nunquam satis tironibus inculcandam;  
quandoquidem ita sua sunt natura comparata,  
ut a medentibus, præsertim *hæmorrhoidalis*  
morbi haud satis gnaris, pro totidem mor-  
bis protopathicis habeantur, atque sæpiissime  
ab longe alia; quam cui debentur, causa vi-  
deantur esse enata: quo fit, ut medendi  
quoque ratio iis deinceps adhibita alias in-  
utilis, alias noxia etiam, statumque ægri de-  
teriorem reddens evadat; quæ si mox per  
principia ad *hæmorrhoidales* motus rite fuisset  
direc-

---

(a) *Prax. med.* L. 2. C. 10. §. 4, p. m. 221.

directa, haud raro unica vel catharsi vel sanguinis detractione idoneo loco, ac tempore instituta absolvit potuisse. Docebit id horum symptomatum varietas, intensitas, mutuusque inter se nexus.

### §. XXXII.

I. FEBRIS varia huic morbo non infrequens comes primo loco venit animadverenda. Etenim febriles motus quandoque tuberculorum genesin, vel hæmorrhoidalem excretionem præcedere consueverunt, velut in GRAFFII (*a*) nobili est observatum. Alias vero tumentibus, furentibusque ex inflammatione hæmorrhoidibus peracuta *febris inflammatoria* jungitur, nec ante conquiescit, quam inflammatio sit vel discussa, vel in suppurationem, aut necrosis terminata. In inpuris autem corporibus, vel insigni viscerum infarctu, aut ulcerosa hæmorrhoidum labe affectis, *lenta* vel *hectica* plane febricula emicat, ut ex KALTSCHMIEDIO id genus exemplum alias (*b*) protuli, & in quinquagenario apud FÜRSTENAU (*c*) videre est. Sed peculiaris etiam statuenda est *hæmorrhoidalis febris*? cum enim aliquando epidemicæ febres

(*a*) Vide §. 47. b).

(*b*) Histor. febris hecticæ.

(*c*) Vide §. 53. II. Nro. 7.

bres fuissent observatæ, quibus homines utriusque sexus, ac variæ ætatis, conditionisque correpti plerique sub earum cursu hæmorrhoidas, nunquam licet ante sibi notas, nacti fuissent, venit in mentem, eas vocare hæmorrhoidales. Operæ pretium esse duxi, non nulla earum exempla hic in medium adferre. Primus (quod sciam) GRASSIUS (α) hujusmodi febrim literis prodidit, de qua ita Vratislavienses : „occasione februm paulo rariorū „memoranda etiam hæmorrhoidalis, quam sibi „observasse visus est D. GRASSIUS ; eam his „verbis describit : quosdam infestabant fe- „bres hæmorrhoidales, quæ levi frigore sub- „sequo blando calore ægros (ut plurimum fe- „minas) feroci abdominis circa hepatis regio- „nem, umbilicum, os sacrum, & in cruribus „dolor, cum constrictione diaphragmatis „circa orificium superius stomachi, cum, vel „sine obstructione alvi excruciant. Pulsus „erat durus, & plenus ; dolor capitis in ple- „risque vel plane nullus, vel admodum le- „vis. Non cedebat his dolor alvo aperta, „nec laxantibus (clysteribus tamen aliquan- „tisper) obediebat ; sed obstinata duratione „ad aliquod dies ejulantes ægros torquebat, „singulis diebus vagos paroxismos procre- „ans ; vietas tamen manus porrigebat præ- „missis malignitati resistentibus medicamentis

Væ.

---

(α) Histor. morbor. vratislav. A. 1702. p. m. 375. sq.

„Væ. Sni. in pedibus, & Ræ ♂ ♀ satæ  
 „LUDOV. rite præparatæ, intermixtis resol-  
 „ventibus, absorbentibus, & nitrofis. Qui-  
 „bus autem hæmorrhoidales fluebant venæ,  
 „breviori via morbus absolvebatur.“ Febris  
 hæc incidit in autumnum A. 1702. Contra  
 vero in observatis a. STÖRCKII (a) A. 1760  
 „mense Februario & Martio hæc (ipsa hæ-  
 „morrhoidalis) febris admodum frequens fuit.  
 „Primo die omnes ægri obtusum capitis do-  
 „lorem, & vagas horripilationes, & calores  
 „conquerebantur; dein rigor, & dolor tensi-  
 „vus nucham occupavit, & vagus calor for-  
 „micando totam dorsi spinam perrepit. Tan-  
 „dem ortæ sunt præcordiorum anxietates, &  
 „molestæ hypochondriorum tensiones. Quan-  
 „doque supervenerunt vomendi conatus, &  
 „enormes colici dolores, & venter contrac-  
 „tus est; quandoque autem absque mag-  
 „no dolore colico, & sine omni vomendi  
 „conatu venter intumuit. Urina plerumque  
 „flammea fuit, & raro, atque iis tantum in  
 „casibus, ubi nimis vehementes erant dolo-  
 „res colici, tenuis, & cruda deprehensa est.  
 „Alvus erat pertinaciter clausa, & non nisi  
 „repetito enemate pauca scybala potuerunt  
 „educi. Subinde ani sphincter inveniebatur  
 „adeo constrictus, ut tenuis cannula vix po-  
 „tuerit introduci. Sitim fere omnes hi ægri  
     „mag-

(a) Anno medico II. p. m. 148. sqq.

„magniam habuerunt, & pulsus fuit celer, ini-  
 „equalis, quandoque dicrotus, quandoque  
 „intermittens, attamen vix non semper ple-  
 „nus, ac durus. Nox fuit inquieta, & an-  
 „xiis insomniis turbata. Secundo die remi-  
 „sit dolor ventris, & hypochondriorum an-  
 „xietas, ac tensio, & pulsus fuit magis æqua-  
 „lis, & liberior, sitis mediocris. Verum cir-  
 „ca lumbos ortus est dolor gravans, dilace-  
 „rans, & rigor; accessit alvi tenesmus, &  
 „urinæ retentio; nucha autem dolor fese ver-  
 „sus verticem, & tempora extendit, atque  
 „capitis motum valde difficilem, & dolentem  
 „reddidit. Nox iterum inquieta fuit, & cor-  
 „per vices solito fortius palpitavit. Tertio  
 „die tantus circa vertebras lumborum, & os  
 „sacrum dolor ortus est, ut ægri se nequa-  
 „quam movere potuerint. Anus fortissime  
 „contractus est. Nox quartum diem præce-  
 „dens fuit omnium inquietissima; hac autem  
 „transfacta ægri melius habuerunt; nam quar-  
 „to die fere penitus desit lumborum, nu-  
 „chæ, & ossis sacri dolor, & tubercula diver-  
 „sæ magnitudinis circa anum comparuerunt.  
 „Hæc tubercula quandoque fuerunt mollia,  
 „& ægris nullam molestiam excitarunt, atque  
 „tunc quarto die ortis tuberculis febris pe-  
 „nitus desit: quandoque autem hæc tuber-  
 „cula fuerunt valde rubra, tensa, & ingentes  
 „producerunt dolores, tormina, tenesmos,  
 „vertigines, & membrorum stuporem, & sæpe  
 „tahtas anxietates, ut ægri inciderint in ani-  
 „mi deliquium, & extrema fuerint gelida. In-

„ter omnes ægros bini tantum fuerunt, qui-  
 „bus 4to die cessante febre nulla tubercula  
 „circa anum prodierunt; verum effluxit san-  
 „guis copiosus, absque dolore, & tumore.  
 „Morbus hic molestus, & periculosus fuit, &  
 „medicamentis perverso modo adhibitis po-  
 „tuit letalis fieri. Etenim quamvis cognitum  
 „fuerit, febrem esse hæmorrhoidaleni, & cri-  
 „sin versus anum esse futuram, nullis tamen  
 „remediis pellentibus, & tumores hæmorr-  
 „hoidales promoventibus uti licuit; nam hæc  
 „febrem & morbum exacerbarunt. Primo,  
 „& 2do die cum pulsus plenus & durus fuit,  
 „repetitis vicibus debebat sanguis e<sup>u</sup> vena  
 „emitti; his tamen naturæ vis non erat nimi-  
 „sum debilitanda, secus accesserunt convulsi-  
 „ones, & morbus factus est diutinus & ano-  
 „malus. Si dein decoctis antiphlogisticis, sub-  
 „acidis, nitrofis alvus leniter aperta, & flu-  
 „xilis reddita est, tunc morbus cito levaba-  
 „tur. Qui decocta subacida & nitrosa ferre  
 „non potuerunt, his demulcentia, emollien-  
 „tia & oleosa profuere. Nec leve levamen  
 „sequebatur, si super toto abdomen mol-  
 „lissima cataplasma sunt posita. Enemata  
 „emollientissima (ex decoct. emolli: & olei ver-  
 „basci  $\alpha\alpha$   $\beta\beta$ ) leni vi & apta manu ano sæ-  
 „pius injecta multum quoque juverunt, ete-  
 „nim horum ope dura & numerosa scybalia  
 „prodierunt, & intestini recti vasa sunt emol-  
 „lita & apra reddita ad crisin fuscipendam.  
 „Nimii vomendi conatus, dolores colici, &  
 „stenesmi si emollientibus non cesserunt, tunc  
 „remie-

„remediis paregoricis debebant mitigari, sup-  
 „primi: 3to & 4to die vaporess  $\nabla\alpha.$  ebulli-  
 „entis ano applicati diminuerunt dolores, &  
 „crisis reddiderunt faciliorem. Quarto die,  
 „si tubercula hæmorrhoidalia apparuerunt, &  
 „si omnes dolores & febris cessarunt, tunc  
 „ferre nullis amplius medicamentis opus fuit;  
 „in sola vivendi ratione erat attendendum,  
 „ne acida adstringentia, aut acria aromatica  
 „assumerentur. His in casibus intra paucos  
 „dies sæpiissime perfecta sequebatur curatio,  
 „& vasa turgida sponte iterum detumuerunt.  
 „Si autem tumente hæmorrhoidé novus do-  
 „lor circa anum ortus est, si tubercula valde  
 „rubra, calida, pulsantia, & tensa fuerunt,  
 „si sitis increvit, & pulsus major, fortior,  
 „ac durior factus est, tunc plerumque repe-  
 „titis vicibus debebat iterum sanguis mitti,  
 „& anus cataplasmatibus probe foveri. De-  
 „cocta emollientissima cum paucō nitro hic  
 „optime conveniebant, & brevi dolores mi-  
 „rigati sunt, præsertim si hæmorrhoides admis-  
 „sit, ut talia simul enemata injicerentur. Si  
 „adsum ingens dolor, & tenebris admodum  
 „molestus, ac anxius, tunc opio erat uten-  
 „dum. Hæc eadem remedia optime adhibe-  
 „bantur, dum tumores hæmorrhoidales intra  
 „ani sphincterem latuerunt, sanguifugæ cir-  
 „ca anum iis in casibus necessario debebant  
 „poni, in quibus ab hæmorrhoidé regurgi-  
 „tante siebant caligines, vertigines, sopores,  
 „convulsiones. Dum urina a dolore hæmorr-  
 „hoidali retinetur, vitanda sunt omnia for-  
 „,tiora

„tiora diuretica (a); folis decoctis ex radice  
„altheæ & glycyrhizæ utendum est, & venter,  
„& partes circa anum debent emollientissi-  
„mis cataplasmatibus involvi, foveri . . .  
„Molles & non dolentes hæmorrhoidum tu-  
„mores, si sponte non abeunt, felicissime  
„dispelluntur unquento

R. Unqu. nutrit 3 iij  
— — popul. 3jβ. M.

„Si vero adest tenesmus, & dolor dilace-  
„rans absque ulla inflammatione, tunc præ-  
„fertur unquentum

R. Opii puti gr. iij  
Unqv. nutriti  
— — popul. 3a 3ij M.“

Hactenus II. STÖRCK. Tertiam ejusdem-  
modi febrem C. WEBER (b) a se viam hunc  
in modum describit: „in Martio, Aprilique  
„Anni 1764 hæcce febris masculino a 20mo  
„ad 55. annum sexui præprimis propria  
„modum frequens fuit. Incepit cum hor-  
„rore, quem æstus continuus, levis, pulsus  
„durus, & celer, somnus inquietus, capi-  
„tis gravedo, sitisque subsecuta sunt. Quar-  
„to die in ægrotis præcordiorum anxietatem,  
„colli

(a) Vipe §. 57. IV. Nro. 2.

(b) Obs. med. Fascic. 2. Obs. 13. §. 13. 14. p.  
55. sqq.

„collī , dorsique dolores tensivos , urinæ  
 „flammeæ suppressionem , alvi obstructionem  
 „æstusque augmentum observavi : 5to. mane  
 „respiratio asthmatica , dolor pleuriticus , ab-  
 „domen compressum , vomendi conatus , & cir-  
 „ca vesperam vertigo prurigo in intestino rec-  
 „to , formicationisque sensus circa os sacrum  
 „incommodo fuerunt . Faciem deprehendi  
 „jætericam : & morosam , pulsum inæqualem .  
 „Sexta luce præterea de dolore circa os sa-  
 „crum , & lumbos , anxietate , alvi obstruc-  
 „tione , anique constrictione summa quirita-  
 „runt ægri , nocteque inquietissime peracta  
 „7mo. die in intestino recto , circaque illud  
 „variæ figuræ , magnitudinisque tubercula ru-  
 „bra , dura , rarissime mollia conspexi . Fe-  
 „bris inde desinebat , urina sedimento albo  
 „dives erat , atque dolores magis , magisque  
 „remittebant ; qui e contrario pvera me-  
 „dicatione usi erant , in febres erraticas ,  
 „morbos longos , tussim sicciam cum febre  
 „lenta , hæmorrhoides nimias , & hydropem  
 „incidebant . . . Cum Væ. Sne. in brachio  
 „semper curationis initium factum est , hac  
 „enim bis ad summum ter instituta omnis  
 „vehementis morbi vis illico periit sanguis-  
 „que primis diebus purpureus , postea vero  
 „crusta alba tenaci obductus , effluxit . La-  
 „xans dein ex manna , rhabarbarove cum nitro ,  
 „vel sale seidlizensi combinatum , clysmata-  
 „que ex saponis aqua parata , atque remedia  
 „temperantia , præprimisque oxymel simplex ,  
 „cerasorum , florumve tiliæ aquam , berbe-  
 rum

„rum, vel bellidis syrupum, & nitrum præ-  
 „scripsi, pomaque, pyraque cocta, ut &  
 „cremores avenaceos, hordeacosque com-  
 „mendavi. Alvo hinc quotidie bis, & ter  
 „laxa observata febris minuebatur insigniter,  
 „anxietas, doloresque multum remittebant,  
 „tuberculaque sensim & sponte evanescabant.  
 „Quid? quod febrem aliquoties in intermit-  
 „tentem quotidianam, ex dorso semper cum  
 „formicationis sensu incipientem & ad 8 ho-  
 „ras durantem, & ter, quaterque redeuntem,  
 „mutatam viderim. Si me serius vocato  
 „dolores circa anum summo incommodo  
 „erant, ex hyosciami foliis cum lacte cata-  
 „plasma applicui, febreque, doloribusque  
 „cessantibus a decimo secundo, 5to, 8vo  
 „die martis R̄am. LUDOV. apperitivam ele-  
 „ssi, hisque ægros ad salutem reduxi.“ Hæc  
 utut sint, negat tamen A. HAEN (a) febres  
 ejusmodi sui esse generis, sed esse vulgares  
 febres acutas inflammatorias, quæ vel ani  
 tuberculis, vel fluxu hæmorrhoidalí oborto  
 judicantur, idque ex epidemiacæ peculiaris in-  
 dole: quemadmodum nempe in aliis constitu-  
 tionibus febres vel alvo, vel parotidibus &c.  
 solvuntur, quin tamen ulli adhuc in mentem  
 venerit, eas alvinas, parotidas, &c. vo-  
 care. At meo judicio lis de nomine est.  
 Quid enim verat febrem appellare hæmorr-  
 hoidalem, quam hæmorrhoidalia molimina  
 sus-

---

(a) Rat. med. P. 7. C. 5. §. 5.

fuscarunt, & obortæ ad anum varices, vel  
hæmorrhoidum fluxus denuo solvunt?

### §. XXXIII.

**2. DOLORES, pruritus.** Iste vel totum afficit corpus, ut in DUNCANI (*a*) olitore, ac RHODII (*b*) cænobia, vel unam tantum aliquam ejus partem, inprimis anum, aut genitalia, velut in GOHLII (*c*) bibliopægo, ac WEBERI (*c*) ægris, atque in FORTIS (*c*) Antistite sculptum ad excoriationem usque extoscens: uni autem c. STUNZERI (*d*) ægroporum immoderatus pruritus certum erat hæmorrhoidum adventantium præfigium. Multo tamen iste rarius vexat; quam dolores variarum partium, variaeque intensitatis, ac durationis, maxime hic solennes esse consueverunt dolores.

*a)* *Capitis*, quos multos (sudoribus tamen nocturnis cedere solitos) a molimini bus hæmorrhoidum pertulit Vratislavienium (*d*) vir, & ægri STÖRCKII (*e*) olitorque DUNCA-

NI

(*a*) Vide §. 70.

(*b*) Vide histor. hæmorrhoid. albar. §. 2. II. B.

Nro. 1. a)

(*c*) Vide Sequ. g) (*d*) Vide §. 55. Nro. 13. d)

(*d*) Vide §. 84. a) (*e*) Vide §. præced.

(*e*) Vide §. præced. (*d*) L. c. p. 46.

NI; (a) ALBERTII vero ægrorum unus (b)  
insolito capitis dolore detentus haud prius  
ab eo liberatur, quam ubi usu pillularum  
STAHLII sanguinem alvo excrevisset; alter  
(c) vero hemicraniam cum cataracta ad om-  
nia pertinacem nactus solis hirudinibus leva-  
batur.

b) *Spinæ dorsi* dolores ab hocce morbo  
raro unquam absunt, & inter hæmorrhoida-  
lia molimina vix non principem sibi locum  
vindicant, atque a summa nucha orti non  
raro ad imum usque ossis sacri totam spinæ  
longitudinem emetuntur. Hinc toties hæ-  
morrhoidarii de tensione nuchæ querulantur,  
quos inter ægri fuere STÖRCKII; (d) aut de  
spinæ dorsi dolore motum ejusdem vetante,  
quem Vratislavienium (e) homo palo toti  
spinæ infixo, ERNESTII (f) vero quadrage-  
narius cultro ab imo spinæ sursum adæcto  
compararunt. Aliis vero vel maxime in osse  
sacro molestus est, velut GOHLII (g) biblio-  
pago. &c.

c) *Ar-*

---

(a) Vide §. 70.

(b) Vide §. 75. c)

(c) Vide §. 115. Nro. 1.

(d) Vide §. præced.

(e) Vide §. 54. Nro. 8. a)

(f) Vide §. 84. a)

(g) Vide §. 55. Nro. 13. d)

c) *Articulorum rheumatico - arthritici*, vel fixi, vel vagi. Haud satis (opinor) inculcari tironibus potest, ut in artuum curandis doloribus sollicite semper ante scrutentur, num a motibus hæmorrhoidalibus oriuntur; ne forte aut podagræ veræ, aut aliis non amovendis causis adscripti pro incurabilibus habeantur, vel saltem alia; quamqua in hæmorrhoidalibus malis opus est, mendendi methodo adhibita exasperentur potius; quam leventur. Adeo enim dolores hi hæmorrhoidibus familiares sunt, ut inter primaria molimum hæmorrhoidalium symptomata sint referendi, in primis

a. *Arthritis*, vaga plerumque, rheumatica, velut in ALBERTII (a) juvene, virisque CAMPARDONI, (b) & CARLII, (c) nec non CHOMELII (d) muliere.

b. *Ischias*, totum interdum femur simul, imo crus etiam pedemque infestans. Jam olim HIPPOCRATES (e) dolores coxae vel articulorum iis acidere notavit, qui hæmorrhoidibus laborant. Neque ad molimina tantum pertinet ischias, sed cæcis quoque fæpe,

---

(a) Vide sequ. β.

(b) Vide §. 71. e)

(c) Vide §. 55. Nro. 9. ♂

(d) Vide §. 115. Nro. 2.

(e) Prædict. L. 2. p. m. 112. sq.

sæpe, quin & interdum fluentibus ipsis hæmorrhoidibus comes est, ut in quodam ALBERTII (a) juvene 25 annorum, a patre valde hypochondriaco genito, cui aliquoties per anum hæmorrhoides cæcæ obortæ, non sine arthriticis, interdum & ischiaticis doloribus, concurrentibus aperiebantur. Ceterum autem ischias plerumque ad censum molimum hæmorrhoidalium pertinet, quemadmodum in ALBERTII tabellario (b) tum ZETTERMANNI (c) medico, viro GOHLII tribusque aliis STAHLII (d) & SALOMONIS (e) muliere.

y. *Podagra* non abs re hæmorrhoidalis compellanda; ut, quæ subsecuto deinceps hæmorrhoidum fluxu toties conquiescere visa fuerit. Ex prævia illam arthritide contraxit vir hæmorrhoidarius ALBERTII, (f) cui etiam simile quid MOLLERI (g) præco facer percessus est; nec aliam quam hæmorrhoidalem

---

(a) Diff. de hæmorrhoidib. cæcis (4to. Halæ 1717. Resp. I. L. MOESER) §. 9. & Tract. de hæmorrhoidib. P. I. p. 286.

(b) Vide §. 29. a) & vel §. 55. Nro. 13. a)

(c) Vide §. 108. b)

(d) Vide §.

(e) Vide §. 115. Nro. 1.

(f) Vide §. 114. Nro. 3.

(g) Vide §. 115. Nro. 1.

lem podagram **VOGELII** (*a*) senex habuisse est censendus, ac vere talis fuit, quæ **HOFFMANNI** (*b*) virum detinuit. Interea tamen ferio monet postremus (*c*) ne omnis podagra perperam hæmorrhoidalı fluxui, vel restitanti, vel erumpere non valenti adscribatur, ut male id nonnulli sunt opinati: „ego certe sæpius vidi (ait idem) succedente etiam, „quin sub ipso hæmorrhoidum stillicidio & „calculum, & podagram tyrannidem suam „exercuisse, de quo quidem omni dubitatio- „ne majus est exemplum . . . **DOLAEI**, qui „sæpius per litteras apud me conquestus est, „quod per 20 annos, licet hæmorrhoides „fluxerint, mire calculi, & podagræ doloro- „ribus divexus sit; a quibus tamen diæta „lactea utens per biennium liber egit, sed „ad pristinum victum & potum postea conce- „dens, incidit in dysuriam, demum func- „stam.“ (*d*)

*d)* *Ventriculi* quoque dolores lumbo-  
rum doloribus accedentes inter hæmorrhoi-  
dalia molimina caus. (*e*) refert dicens:  
„lumbis dolentibus, si oris ventriculi dolor  
„accesse-

(*a*) Vide §. 54. Nro. 3.

(*b*) Vide §. 53. III. A. Nro. 2. f)

(*c*) Med. rat. syst. T. 4. P. 2. S. 2. C. XI.  
§. 24.

(*d*) Ibid. T. 3. S. 1. C. 9. §. 24.

(*e*) Prædict. L. 1. Nro. 130.

„accesserit, futuræ per hæmorrhoidas vacuationis signum est, ac forte etiam eam præcessisse significat.“ Id ipsum pene iisdem verbis alias (a) quoque asseruit, hocque ejus effatum verum esse experti sunt duo ALBERTII (b) ægri, CAMPARDONI (c) vir, MOLLERI (d) centurio, VOGELII (e) senex, STORCHII (f) femina, & virgo apud CHEVALIER (g) quies omnibus cardialgia ante fluxum hæmorrhoidum fuit molesta.

e) *Intestinorum torminosi, colici hæmorrhoidalibus moliminibus juxta; ac ceteris vicissitudinibus tam familiares, ut non colicæ hæmorrhoidalis, quam M. ALBERTI (h) prolixe descripsit, adepti sint. Unde G. E. STAHLIUS (i) „quicunque (ait)“ manifeste hæmorrhoidarii sunt, tum antequam hæmorrhoides ipsis perrumpunt, tum quando redeunt, tum quando impeditius procedunt, acerbissime, & manifestissime torminibus, an-*  
gu-

(a) Coacor. Nro. 312.

(b) Vide §§. 60. & 53. Nro. 1.

(c) Vide §. 71. e)

(d) Vide §. 115. Nro. 3.

(e) Vide §. 54. Nro. 3.

(f) Vide §. 108. c)

(g) Vide §. 71. a)

(h) Diff. de colica hæmorrhoidali 4to. Halæ 1718.

Resp. I. F. ZECHNER, & Tract. cit. P. 2, p. 183.

(i) Diff. cit. Cap. 3. p. 15.

gustiis, pressionibus, atque tensionibus circa præcordia (seu ut fere nominant Græci *υποχονδρια*) communissime, & quantum observare licuit, numerosis sane exemplis, quasi essentiali indiviso symptomati certo obnoxii sunt. Hæc quidem longe sunt verissima; at longius a vero illud abest, quod idem hic Auctor (a) evincere contendit, nimirum colicam hæmorrhoidalem a coo (b) sub nomine ilei hæmatitis fuisse adumbratam, ut recte id F. HOFFMANNUS (c) illi negavit, & A. HAEN (d) meliori jure ad scelotyrben pertinere ostendit. Sed neque HAENIO (e) plus hic fidei tribuendum colicam hæmorrhoidalem usque adeo raram esse inculcanti „ut, „qui centies, & millies has hæmorrhoidales „colicas sibi videre videantur, etiam centies „& millies easdem, ut tales, quales minime „sint, salutent.“ HOFFMANNUS (f) profecto nullatenus STAHLII Dogmatibus addictus, illaque ubi ubi licuit, lacefcens, a propria testatur experientia, colicas hæmorrhoidales ab aliis haud satis agnitas, sèpissime sibi in praxi curandas occurrisse, duosque huc facientes illius insignes enarrat Calus, (g) plures

(a) Ibidem p. 14. 17.

(b) De intern. affectionib. p. m. 557.

(c) Consult. &amp; resp. med. Cent. 2. Casu. 12.

(d) Thes. pathol. de hæmorrhoid. Cap. 4. §. 10.

(e) Ibid. §. 4. sqq. (f) l. c.

(g) Ibidem cas. 12. 13.

res aliorum (a) etiam spectantes. Utinam omnino plurimi medicorum hæmorrhoidalem colicam sibi propius habuissent perspectam, forte ex ea non ignorata nec HOFFMANNI (b) juris consultus, nec aulicus CLACII (c) exspirassent. Iстis certe hac in parte feliores fuere ægri STÖRKII, (d) vir item Vratislaviensium (e) CORNARII, (f) miles DE LII, (g) nobilis GRAFFII, (h) homo HENNINGII, (i) ac puella SEGNITZII, (k) quod medici his omnibus obtigerint hæmorrhoidalis colicæ non ignari.

f) *Lumborum* perinde immanes quandoque cruciatus hæmorrhoidarios torquere consueverunt. Quos jam ab HYPOCRATE notatos fuisse superius (l) dixi & I. C. STUNZER

- 
- (a) Vide §. 53. I. II. Nro. 5. §. 55. Nro. 2. §. 95. a) §. 100. 108. a)
  - (b) Vide §. 55. Nro. 12. c)
  - (c) Vide §. 53. I.
  - (d) Vide §. præced.
  - (e) Vide §. 84. a)
  - (f) Vide §. 95. d)
  - (g) Vide §. 19. c)
  - (h) Vide §. 47. b)
  - (i) Vide §. 48.
  - (k) Vide §. 72.
  - (l) Vide præced. d)

ZER (a) narrat senem 75 annorum per continuos 15 annos e lumbis usque adeo doluisse, ut nec sedere nec stare posset; donec ante 5 annos Badensibus thermis usus hæmorrhoidum fluxum natus est; unde omnis abiit dolor. At quotidianus licet fluxus fuerit, plethoram haud sane minuere videbatur, namque ob inquietas, insomnesque noctes, anxietates ac vertiginem supervenientem bis insuper quotannis Væ. Snc. opus fuit, quem admodum nempe ante obortum fluxum factitatum est. Hujusmodi etiam lumbares dolores experti sunt ægri BAGLIVII (β) CAMPARDONI, (b) HOFFMANNII (c) & HÖLTERII, (d) qui in BÜNDELLII (e) juvene cum cardialgia juncti erant.

g) Ani denique etiam, ac vulvæ dolores familiare sunt malum hæmorrhoidum cum ingruentium, tum turgentium, tumentiumque, imo, & sæpe fluentium etiam. Oriuntur autem a distensione vel simplici, vel varicosa vasorum nervos vicinos tendentium. Dolores hi nec assidui semper, ne ejusdem etiam sunt intensitatis, alias enim tensivitatum, alias vero acutissimi ad syncopeū usque

(a) L. c. p. 50. sq. (β) Vide §. 53. II. Nrö. 5.

(b) Vide §. 71. e)

(c) Vide §. 55. Nrö. 13. e) §. 95. a) §. 100.

(d) Vide §. 117. β.

(e) Vide §. 44.

usque percipiuntur: isti præsente vel maxime  
inflammatione, vel certe hac etiam absente sub  
alvina egestione, aut in feminis coitus tem-  
pore discruciant, alioquin vero vel nullus  
vel tensivus tantum dolor percipitur, quem  
ægri varie exprimunt. Sic rustica SEGNIZII  
(a) puella pressionem se in recto intestino  
experiri ajebat; HOFERI (b) ægro durum  
aliquid corpus totum sphincteris ani ambitum  
cingere videbatur: clavum ano velut infixum  
juvenis GOHLAI, (c) vir STAHLII (d) spinam  
infixam querebantur; alii veluti de nucleo  
intra anum hærente loquuntur. Mulier au-  
tem SALOMONIS (e) insuetam se tantum  
sensationem ibi percipere memoraverat. Ubi  
autem causa aliqua tensivum hunc dolorem  
exasperans acceperit, iste in acutum degener-  
at; quod ut plurimum subita ac insignis vari-  
cum distraictio efficit. Sic feminæ latentes intra  
vulvam hæmorrhoidales varices vix sentiunt;  
sed admisso viro ab arietatione in varices  
has voluptatis loco tantus oboritur dolor,  
ut ei ferendo impares virorum amplexus ex-  
horres-

(a) Vide §. 72.

(b) Vide §. 55. Nro. 9. §)

(c) Vide §. 47. c)

(d) Vide §. 27. c)

(e) Vide §. 115.

horrescant repudientque; uti in ALIXII (a)  
& COCKBURNII (b) feminis accidit.

Id ipsum quoque in recto intestino sub  
alvina egescione contingit, dum scybala crassa,  
duraque anum versus pulsa in hæmorrhoidales varices ibi exstantes impingendo eas  
violente distrahunt, unde tam atrox sæpe  
dolor enascitur, ut ægri sudore frigido per-  
fusi in syncopen prolabantur, malo huic, ut  
reðe notat ALBERTI, (c) occasionem tunc  
alvo plerumque clausa præbente. „Scio ego“  
inquit M. ETTMÜLLERUS (d) „exemplum mu-  
lieris . . . quæ quando volebat excernere  
„alvi excrementa, in animi deliquium cum  
„faciei tumore, rubore, & incalcentia in-  
„cidebat ex iisdem hæmorrhoidibus cæcis;  
„simil ac vero excreta fuerunt stereora, cessa-  
„bant omnia talia symptomata.“ Novit &  
aliam, (e) ni una eademque sit; quæ toto  
anno dolorifice egerebat. Gravida quoque  
apud DE LA MOTTE (f) alvum non sine  
auctis cruciatibus reddebat. Non indignus  
isthie notatu casus est, quem narrat R. I.

FOR-

(a) Vide §. 115. Nro. 2.

(b) Vide §. 53. II. Nro. 1.

(c) Diff. de hæmorrhoidib. cæcis §. 13. Tract.  
cit. P. 1. p. 290.

(d) L. c. p. 143. sq. confer. §. 54. Nro. 8. d)

(e) §. 81.

(f) 133. a)

I 2

**FORTIS (a):** Antistes gracilis; fuscus, & agens, arduis semper negotiis, longisque itineribus deditus, a multis annis & hypochondriacus, & hæmorrhoides passus est, in adolescentia cæcas, dolentesque, quibus ex itineribus demum apertis dolores desiere, mole tamen earum sensim ita aucta, ut nunc acinis uvæ similes essent, & jam a 4. annis sub alvi egestione omnes egressæ non facile mox reponi se finerent, quæ antehac sanguinem etiam quandoque fuderunt. Demum ab autumnali zna duplici hæmorrhoidum tumoris rufus dolor se junxit, post alvum egestam semper ingravescens, & plures horas, imo totum quandoque diem durans, acutissimus. Varices fuere lividæ, ac fere nigræ, atque in superiori parte verius coccygem ulcerationes quædam, & inferius aliæ leviores excoriations reperiabantur. Exitus ignoratur.

### §. XXXIV.

**3. VERTIGO** quoque hæmorrhoidariis saepe admodum infesta esse consuevit, dum nimurum sanguis exitum per vasa intestini recti non illico naëtus oborto nisi contrario, ad superiora regurgitat. C. C. ENGEL (b) viri eccl-

(a) Consult. & resp. med. T. 2. Cent. 3. Cas.

13. p. 331. sq.

(b) Specim. med. p. 152. sqq.

ecclesiastis casum refert, quem vertigo ab anomalis hæmorrhoidum moliminibus, ac scorbutica dyscrasia oriunda graviter affixit, & J. C. STUNZER (a) vehementem in nonnullis hæmorrhoidariis vertiginem observavit, quæ mox ut punctorius in ano dolor obortus est, remisit. In Annalibus Vratislaviensium (b) piscator 50 annis major, melancholicus, postquam in, & super aquis diu, multumque laborans corpus admodum perfrigerasset, in tantam incidit vertiginem, ut oborta subinde scotomia in periculo fuerit e scapha in aquam delabendi. Supervenit levior febrilis horror, vehementem in aestum abiens, quo per  $\ddot{\text{E}}$ m salinum antispasmodicum sopito, hæmorrhoides cum vehementi ardore fese effudere: unde cum debilitaretur admodum, secta vena continuatisque prioribus  $\ddot{\text{E}}$ ibus addito  $\mathcal{R}$ æ stomach.  $\Theta$ næ usu, & exhibitis aliquoties pillulis STAHLII, prorsus iterum convaluit. Perinde A. E. BÜCHNERUS (c) meminit viro hæmorrhoidum fluxum omni mense regularem aliquamdiu adepti, sed semper cum ante; tum post fluxum gravem sodam, & aliquoties etiam ante fluxum vehementi vertigine, & uberi narium hæmorrhagia

(a) L. c. 46.

(b) Tent. 27. A. 1724. Martii. cl. art. 2. p. 258.

(c) Miscell. phys. med. A. 1730. Aug. cl. 2. art.

1. §. 2. p. 1245.

hagia vexati, quæ tamen oborto fluxu denuo conquiescebant. SALOMONIS (*a*) etiam juveni ab hæmorrhoidali sanguine versus caput regurgitante, istud tam imbecillum fuit, ut ille sine comite incedere nequiret. Vertiginosi quoque fuerunt VEBERI (*b*) ægri, DUNCANI (*c*) olitor, ac WEISZII (*d*) mercator. Videbimus etiam deinceps (*e*), quam sæpe vertigo suppressum hæmorrhoidum fluxum consequatur.

### §. XXXV.

4. INSANIA etiam non usque adeo hæmorrhoidariis est infrequens, dum sanguis anno erumpere nequiens caput petit. Qui prima hæmorrhoidum experiuntur molimina, identidem ac sine manifesta causa melancholici evadunt, mœsti; nulla voluptate exhilarandi, velut puella, cuius CHEVALIER (*f*) meminit; aliis furibunda etiam deliria accidentunt, quemadmodum in BANGII (*g*) viro est observatum. Fluxu autem hæmorrhoidum sponte, arteve

eve-

---

(*a*) Vide §. 115. Nro. 1.

(*b*) Vide §. 32.

(*c*) Vide §. 70.

(*d*) Vide §. 101.

(*e*) Vide §. 55. Nro. 1.

(*f*) Vide §. 71. a)

(*g*) Vide §. 117. 6.

eveniente ægri ad rationem hilaritatemque  
redeunt. Plura huc facientia exempla post-  
modo (a) etiam visuri sumus.

### §. XXXVI.

5. SPASMI, convulsiones inter molimina  
hæmorrhoidalia haud secius; ac vertigo,  
& insania pertinent; idque vel ob encephalon  
sanguine illuc regurgitante oppressum,  
vel ob nervos in decursu ab infarctu vasorum  
lacestis. Ita ERNESTI (b) vir spasmum in  
artibus, in cruribus GRAFFII (c) nobilis, in  
manibus STORCHII (d) juvenis expertus est.  
Postremo huic (e) etiam curandus obtigit cholericus  
32. annorum, quem 12ma Maji subito  
tremor artuum, & syncope, sudorque frigidus  
prehendit. Dato ḥe antispasmodico tem-  
perante omnia conquievore; sed 28va Novem-  
bris (f) ingruunt horripilatio, æltusque cum  
pressione in stomacho; data ergo vesperi  
pillul. BECCHER. & purg. 22 gr. 5. Die 30ma  
tamcn pressio in stomacho superfuit: ergo  
datum

R.

---

(a) Vide §. 55. Nro. 2.

(b) Vide §. 39.

(c) Vide §. 47. b)

(d) Vide §. 115. Nro. 2.

(e) Obi. clinie. ann. 4. Maji. cl. 4. §. 4. p. 253.

(f) Ibid. Novembr. cl. 4. §. 3. Nro. 3. p. 577.

R. Elixir ppr. PARAC: sine acido ʒ. β,  
Eff, bez. Auctoris ʒj. M.

S, ter de die gtt, 30. Unde in 4 hebdomadas bene habuit. Donec 28 Decembr, in familiarem sibi defluxionem spasmodicam incidisset, a qua sumto ḡ ex antisp. Ʒij, & e pil. nigr. Ʒj, in 3 doses ʒtia quave hora dannas diviso postridie liber factus venam in pede secuit. Die 31ma flatus adhuc molesti erant cum convulsivo ləvi hypochondrii tremore, Datus igitur ḡ purg. ad gr, xxv, sumendus, dein vero

R. M. P. de succin. CRAT.  
— — purg. Ʒ. β. M.

Divide in ij doses, S. omni hebdomade unam: unde (a) 2da Januar. sexies dejiciens sub finem purum sanguinem egessit, sine ullo tamen levamine, ob superstitem flatulentiam; qui inter varia etiam ▽ carminativae oppositae, cum inquietudines, & alvi obstructionem attulissent, seponendae iterum erant, alvusque enematibus aperta tenenda. Finiente Februario varix hæmorrhoidalis enata naturam morbi luculente detexit, a quo idonea medendi methodo adhibita prorsus tandem convaluit. Perspicax lector varia utilia colloraria

ex

---

(a) Ibid, ann. 5. Januar. d. 4, p. 24.

ex hac observatione sibi eruet. Ad spasmos quoque referenda est palpitatio cordis in BEHRENSII (*a*) literato observata. Gravissimum tamen convulsionum genus est epilepsia, quam hæmorrhoidalia molimina cum paralyxi in CORNARII (*b*) nobili excitarunt, & cujus duo etiam in praxi exempla J. STORCHIO occurrerunt, unum (*c*) in illustri quadam virginine, alterum (*d*) in femina quadam aulica, sanguineo-melancholica, ceteroquin robusta, e nigro fusci coloris. Hæc sub parco cata-meniorum fluxu jam a biduo ex intervallis spasmos epilepticos cum omnium sensuum abolitione patiebatur quos pro uterina epilepsia habitos cum data MRA ex essent. Castor: cum  $\omega \ominus$  in  $\nabla$  hyster, HORSTII (quæ aqua seorsim etiam cochleatim bibenda imperabatur) semper magis magisque exasperasset, Auctor consultus exhibuit 2da quaque hora  $\ddot{\sigma}$  antispasmodico-absorbentem, a quo 4 horarum morbus inducias dedit, deincepsque prorsus deferbuit. At dum  $\dot{\sigma}$  abhinc die ægra, nescio quo, consulente rursus essentiam pristinam usurpatet, novum nacta est insulatum, post quem datum catharticum e  $R_a$  rhei

(*a*) Vide §. 51. B. a) Nro. 1. §.

(*b*) Vide §. 95. d)

(*c*) Von Krankh. der Weiber, 2. Band Cas. 116.  
p. 432. sq.

(*d*) Ibidem Casu 96. p. 348. sqq.

rhei ʒjß, & arcan. ԛri ʒß pro binis haustibus: unde ægra alacris, hilarisque nonnisi alvum obstructam, fugacesque calores versus horam 4tam querebatur. Iteratæ proinde MRæ pars una a meridie, altera postera mane, & ȝis antispasmodici ante meridiem, ac vesperi præbium datum, & ad referendam alvum globulus moschatus ano inditus eam sub vesperum movit, sub cuius egestione, & post illam teneamus cum tuberculo hæmorrhoidali sese exseruit; sed insultus epileptici haud amplius reversi sunt, contra vero nunc murmurra, & aliquæ anxietates molestæ erant; quæ cum nil nisi hæmorrhoidales essent nifus, imperabatur ulterior MRæ ac ȝis usus. Postridie dolor dextro in crure ac pede aderat, sed cum cetera bene haberet ægra, nonnisi semel cum MRa, tum ȝ datus, sequenti die insignis muci cruenti copia cum ardore, ac tenesmde dolore alvo prodit, crurisque dolor evanuit, hinc unicus tantum ȝ datus, Biduo abhinc ægra ita profecit, ut lectum deferere quiverit, nil nisi leves adhuc horrores, fugacemque calorem questa. Idcirco præscriptum

B. M. P. BECCHER ȝi.  
— — purg. ȝß. M.

div. in doses iij, quarum 4to quovis die una sumatur. Triduo post ægra optime valebat, & post Væ. Snem. gvo inde die in pede factam constanti gavisa est valetudine.

§.

### §. XXXVII.

**6.** ANXIETAS, *dyspnœa*, *asthma*, *orthopnœa*, *tussis*, aliaque respirationis vitia non raro motus hæmorrhoidales comitari afoalent. Sic tussis WEISZII (*a*) tinctori molesta fuit, quam cum dispnœa expertus est RAIMANNI (*b*) vir, asthma viduam ALBRECHTI (*c*) virumque ERNESTII (*d*) afflxit, cui tussis quoque comes fuit in GOHLIT (*e*) ac STAHLII (*f*) viris, imo orthopnoicus inde factus est GOHLII (*g*) bibliopœgus, anxietates vero torserunt MOLLERI (*h*) Pastorem, VOGELEII (*i*) senem, ægrosque STÖRCKII (*k*) ac WEBERI (*l*).

### §. XXXVIII.

**7.** HÆMORRHAGIÆ succenturiatæ sæpe numero oboriuntur, dum sanguis hæmorrhoidalis

(*a*) Vide §. 124.

(*b*) Vide §. 109. b)

(*c*) Vide §. 119. Nro. 5.

(*d*) Vide §. 53. I.

(*e*) Vide §. 55. Nro. 12. d)

(*f*) Vide §. 115. Nro. I.

(*g*) Vide §. 55. Nro. 13. d)

(*h*) Vide §. 115. Nro. I.

(*i*) Vide §. 54. Nro. 3.

(*k*) Vide §. 32.

(*l*) Vide §. ibidem.

dalis per intestini recti vasa erumpere haud valens ad alia, vel vicina vel remotiora vasa regurgitat, ibique vel anastomoses arteriarum, vel varices venarum ad crepaturam usque distentas efficiendo exitum sibi pandit. Sic narium, & e cutaneis poris hæmorrhagiæ oborta sunt in III. juvene STAHLII, (a) & narium quoque hæmorrhagias primum, deinde vero mihi cunctum cruentum naestus est CARLII (b) homo, ALBERTII (c) autem vir & GOHLII (d) bibliopœgus cruento sputo inde laborarunt, haud feciis ac ii, quibus e suppresso hæmorrhoidum fluxu variæ id genus hæmorrhagiæ accidunt. (e)

### §. XXXIX.

g. SUDORES, quoque inter molimina hæmorrhoidalia sunt referendi, iisque vel universales, qui plerumque nocturni sunt, ut in ERNESTII (f) SALOMONIS (g) ægris vel topicis v. g. circa annum, ut in I. G. ERNESTII

(a) Vide §. 51.

(b) Vide §. 55. Nro 9. f)

(c) Vide §. 60.

(d) Vide §. 55. Nro. 13. d)

(e) Ibidem a) sqq.

(f) Vide §. 53. I.

(g) Vide §. 115. Nro. 1.

STII (a) viro sanguineo - cholericō, qui sāpē  
spasmodicos artuum motus, ac molimina  
hæmorrhoidum externarum citra iustum flu-  
xum, nisi quod subinde, ac præsertim post  
ingurgitatum vinum leve sanguinis stilici-  
dium sub alvi egestione sit expertus, perpe-  
sus, tandem sudare circa anum ac genitalia  
cœpit; sed sponte iterum evanescēt in  
autumno sudorem excepit angustatio pecto-  
ris, cum sicca tussi, quæ quidem a Væ. Sne.  
pedis, eccoproticis, & infusis discutientibus  
iterum desist, sed postmodo post levem cor-  
poris perfrigerationem enata est otalgia cum  
purulento aurium fluxu, & carebaria. Hanc  
suffitus facculique discutientes cum campho-  
ra vertici, ac Nuchaē impositi, & otalgiam  
quoque abegere, superstite solo aurium flu-  
xū nullis remediis ne minuendo quidem;  
qui cum ex anomalia hæmorrhoidum sursum  
regurgitantium natus crederetur, non satis  
tutum videbatur valentioribus eum remediis  
cohibere, solis itaque insistebatur porro re-  
vellantibus, divertentibus, discutientibus,  
motusque anomalos mitigantibus, imo fac-  
ta in vere circa æquinoctium Væ. Sne. pe-  
dis, datisque iterato infusis eccoproticis,  
ab omni deinceps medicatione sensim desis-  
tebatur, omni negotio naturæ relicto. Et  
vero fluxus a mane ad meridiem usque co-  
pio-

---

(a) Annal. Vratisl. Tent. 23. A. 1723. Febr. d.  
2. art. 3. §. 4. p. 151. sq.

pior abhinc in vesperani usque semper magis minuebatur, donec etiam horis matutinis minui cœpit, & æstate demum prorsus desit, reversis iterum doloribus nephritico-colicis, manifesto indicio sanguinem iterum versus ani vasa niti. Luculentum sane motuum hæmorrhoidalium anomalorum exemplum!

#### §. XL.

9. METEORISMUS *abdominis* inter primaria hæmorrhoidum symptomata pertinet, cui præprimis hæmorrhoidarii, hypochondriaci, & hystericae sunt obnoxiae: hinc tot horum ægrorum querimoniæ de sonoris ructibus, inflatione stomachi, ac ventris totius, intestinorum rugitu. Unde M. ALBERTI (a) nou immerito inter anomaliarum hæmorrhoidum symptomata refert ructus illos molestos, & adversos, imo etiam nidorosos, qui „præter angustantes molestias flatulentas una affligunt, & sub cardialgicis, & succusatoriis hypochondriorum, atque diaphragmatiis commotionibus eliduntur: quales ructus ceteroquin hypochondriacis etiam perquam familiares existunt.“ Inflationem autem ventris colicæ plerumque junctam percussi sunt DELII (b) miles enormem, ERNE-

STII

(a) Diff. de hæmorrhoidum, consensu cum scorbuto §. 13. Tract. de hæmorrhoidib. P. 2. p. 61.

(b) Vide §. 19. e)

STII (a) senex, HENNINGII (b) vir, ægrique  
STÖRCKII (c)

§. XL.

10. ANUS *constrictus* qua ab infarctu  
vasorum hæmorrhoidalium qua a sphincteris  
spasmo. STAHLIUS (d) hoc symptoma internis  
hæmorrhoidibus non abs re tribuit, anum  
dicens usque adeo sæpe contrahi, ut vix  
cannulae clysmaticæ, nedum ipsi liquori adi-  
tus pateat, summa fane ani adstrictio adfuit  
in STÖRCKII (e) ac WEBERI (f) ægrotis,  
& ani perinde angustationem senserunt cum  
HEISTERI (g) matrona; tum STORCHII (h)  
juvenis, at obortus tandem fluxus huic mo-  
lestiae finem imponere solet. In habituali ta-  
men morbo, ubi nullus jam spasmus præsto  
est, ani sphincter plerumque ita relaxatur, ut  
& anus procidat, (i) & aliquando incon-  
tinentia alvi sequatur, quam I. D. GOHLIS  
(a) mo-

(a) Vide §. 53. III. B. Nro. 4.

(b) Vide §. 78.

(c) Vide §. 32.

(d) Diff. de motu sang. hæmorrhoidalali, & hæ-  
morrhoidibus externis Cap. 8. p. 21.

(e) Vide §. 32.

(f) Ibidem.

(g) Vide §. 84. c)

(h) Vide §. 115. Nro. 2.

(i) Vide §. 53. II. Nro. 6.

(a) molitor passus est, nisi ejus morbus hue  
prosersus forte non pertineat: relatio ejus cer-  
te admodum est ambigua.

### §. LXII.

**II.** TENESMUS hæmorrhoidale symptomā  
& familiarissimum, & (si unum forte dolorem  
demas) omnium facile pessimum, quod  
ægros frequentia sua ad desperationem fere  
adigit. Gravis certe fuit in CAMPARDONI (b)  
Canonico, SEGNITZII (c) puella, ac in pri-  
mis BEHRENSII (d) literato; PEZOOLDI (e)  
autem equiti tantus erat, ut is inter desiden-  
dum ad eclysin usque totò corpore tremeret.  
Imo symptoma hoc sua frequentia, & inten-  
sitate quandoque tam est importunum, ut  
omni somno prohibito, viribusque exhaustis,  
in senibus præsertim, mortem accersat, quem-  
admodum id binis in senibus accidisse 1.  
STORCH (f) testatum teliquit. A sanguine  
vasa intestini recti distendente, nervosque  
ita irritante malum hoc oriri vel inde con-  
ficitur, quod educto ex ani vasis per ad-  
motas hirudines sanguine ocyus tæpe desi-  
nat

(a) L. c. Vol. 5. Sect. 2. Nro. 17. p. 35.

(b) Vide §. 71. c)

(c) Vide §. 72.

(d) Vide §. 51. B. a) Nro. 1. §

(e) Vide §. 59. b)

(f) Obs. clin. ann. 1. Mart. d. 1. Nro. 8. p. 37.

nat, & quod interdum in abscessum ani, ut  
i. c. TILLINGIUS (*a*) vidit, degeneret.

### §. XLIII.

#### 12. ALVUS autem hæmorrhoidariorum.

*a)* *Fluxa* quandoque est, dum nimis sub nisi sanguinis in vasa intestini recti simul in reliqui etiam intestinalis tubi vasa secretoria plus humorum congeritur cum peristaltici motus augmento. Sic WEDELII (*b*) mulier cum nimio hæmorrhoidum fluxu diarrhæam simul patiebatur, quam sub molimini bus hæmorrhoidalibus natus est ERNESTII (*c*) senex, STORCHII vir (*d*) quidam ac femina (*e*) cholERICA prope quadagenaria, cui ante 6. vel 7. annos hæmatemesis cum interscapulari, lumbarique spinæ dorsi dolore passæ ga. Decembris 1730 post octidui dorsi dolores diarrhæa cruenta oborta est. Hanc data M Ra. e rheo minuit; sed interscapulares ac lumbares postridie percepti dolores reversuræ hæmatemeseos metum ægræ injecerunt, dempto autem hoc metu ob fluxum hæ-  
morr-

(*a*) Observ. med. singul. circa verum usum thermar carolinar. Obs. 35. p. 69.

(*b*) Vide §. 24.

(*c*) Vide §. 53. III. B. Nro. 4.

(*d*) Vide §. 29. a) u. §. 55. Nro. 13. d)

(*e*) Obs. clin. ann. 8. Decembr. d. 4. p. 672.

morrhoidum præsentem continuata M.Ra. e rheo diarrhæam sustulit solo hæmorrhoidum fluxu superstite, cui semel adhuc opposita manu diei 11mæ. M.Ra. ex rheo, binique pulveres antispasm: c. magnesia alba, a meridie ac vesperi sumendi. Choleram quoque morbo huic junctam vidit (a) in cholericō sexagenario, qui per 8. dies vomitum diarrhæamque cum anxietate mense Augusto nactus est. Dati bini ſ̄es. c rhei eleēt. & Ⓣ. pur. aā gr. x; deinceps effent. alex. STAHL. c. eff. ther. a. His vomitus fugatus est per gente diarrhæa enataque tubercula hæmorrhoidalia dolorifica in ano. Ad leniendam diarrhæam data dosis eleēt. diſcord. imperatusq̄e ventris litus ex ol. fl. Cham. cum carm. Tubercula tepido lacte fovere est jussus: unde unum eorum rupturū sanguinem fudit cum tanto levamine, ut æger expedite incedere quiverit: ad reliquos ergo dolores præscriptum ungu. alb. camph. pro litu. Plura hisce analogā alibi (b) etiam vifuri sumus. Vertum rarius in hæmorrhoidalibus mālis attixa est alvus, sed plerūmque reperitur.

b) *Obſtructa*, fecum egestioni obſtantē non tam vasorum intestini recti tumore; quam spasmo potius motum peristalticum labefactante & elidente. Alvinæ id genus obſtruc-

(a) Ibid. August. d. 4. p. 574. sq.

(b) Vide §. 51. B. a) Nro. 1.

structionis exempla præbent viri in Annalibus Vratislaviensium (a) & HOFFMANNI (b), scines LEÜTHNERI (c) ac VOGELII (d), insulanus RIVERII (e) magnas SCHMUKERI (f), feminā SALOMONIS (g), & STÖRCKII (h) ægri. Graviorum etiam obstructionum alvinarum historias inferius (i) reperire erit. Quantis autem cum doloribus alvus tunc egestatur, jam superius (k) ostensum fuit.

#### §. XLIV.

13. VÖMITUS, etiam aliquando affigit, quēm vel alvus obstinate clausa, vel sanguis ab ano sursum regurgitans causat, præsertim obtinente simul cardialgia, vel colica, ut id videre fuit in viro Vratislaviensium (l) & AL-

BERA-

- (a) Vide §. 84. a).
- (b) Vide §. 100.
- (c) Vide §. 96. e)
- (d) Vide §. 54. Nro. 3.
- (e) Vide §. 126. b) d.
- (f) Vide §. 117. β.
- (g) Vide §. 115. Nro. 1.
- (h) Vide §. 32.
- (i) Vide §. 55. Nro. 7.
- (k) Vide §. 33. g)
- (l) Vide §. 84. a)

K 2

BERTII (a) CORNARII (b) nobili, SPINDLERI (c) figulo, STÖRCKII (d) ægrotis, aliquique (e). Non vulgarem huc facientem casum refert J. C. BÜNDEL apud R. A. VOGEL (f): hæmorrhoidum fluxum in juvene lumborum semper, stomachique dolor præcedebat: cum aliquando fluxus hic triennium emansisset illæsa sanitatem, abhinc iterum revertit, verum nunc eundem semper per aliquod noctes statuta hora ingruens vomitus præcedebat.

### §. XLV,

14. URINÆ excretio in hæmorrhoidalium morbo non mediocriter solet perturbari, cum enim, ut alias (g) dictum, hæmorrhoidalium vasorum propagines ad vesicam etiam, & corpora cavernosa penis alegendur, facile liquet, a sanguine hæmorrhoidalia in vasa uberioris, impetuofiusque pulso hos quoque ramos eodem tempore distendi, collumque ita

(a) Vide §. 60.

(b) Vide §. 95. d)

(c) Vide §. 119. Nro. 4.

(d) Vide §. 32.

(e) Vide §. 33. cl. c.

(f) Academ. kleine Schrift, 1, Samml., Nro. 2.  
Beobacht. 2. p. 45.

(g) Vide §. 5. b. d.

ita vescicæ angustari, ac spasmo arctari; unde urinæ parcæ, flammæaque difficilis excretion, vel omnimoda etiam suppressio efficitur. Hinc G. SWIETEN (a) „stranguriam (inquit) „molestan . . . ab hæmorrhoidibus cæcis „tumentibus fieri, quotidiana observata te- „stantur; imo & integrum urinæ suppressio- „nem ab eadem causa natam fuisse viði, quæ „ruptis vasis tumentibus, & sanguine copioso „per anum excreto sanabatur statim.“ Insig- nem ab hacce causa mejendi difficultatem ex- pertus est DODONÆI (b) vir, & consanguine- na SALOMONIS (c): unum autem ex rarissi- mis hujus comatis exemplum exstat in Anna- libus Vratislaviensium (d) de pufione 4½ an- norum, phlegmatico sanguineo, qui æstate in 6tam jam septimanam assidua, ac dolorifica micturitione tenebatur, lotiumque guttatim tantum summos inter dolores excernebat, sa- nus ceteroquin & finitis doloribus escæ, potusque appetens. Ingruente autem micturitione omnibus artibus contremiscebat, pul- su facto inordinato, sudoreque per totum corpus oborto, non sine imminentium con- vulsionum metu. Ex urina subpallida, ac  
tur-

(a) Comment. ad H. BOERH. aphor. 963.

(b) Vide §. 11. Nro. 12.

(c) Vide §. 115. Nro. 2.

(d) Tent. 25. A. 1723. August. d. 2. art. 3. §.

turbida nonnullis vesicæ calculus adesse credebatur; sed cum morbus non esset continuus, doloresque interdum ultra octiduum etiam abscent, venit in mentem Auctori molimina hæmorrhoidum calculum vesicæ mentionia suspicari, id quod ipse & in proprio jam ante filio, & in aliis est expertus. Ordinatis ergo discutientibus, ac resolventibus cum digestivis cinnabarinis, & imperatis, quoties stranguria siebat per quam vehemens, enematibus ex emollientibus, ac nervinis tonicis, puer facile mejebat, & aliquamdiu recte valebat. Inde dabatur *R. a. S. i. Psata.* c. m. C. C. rectif. Revertebatur tamen identidem dysuria ad omnia rebellis, nisi quod enematibus, calidisque fotibus citius; quam internis remediis cederet. Versus Octobrem post octidui a stranguria inducas, incidit puer in tussim, ac spirationem anhelosam, & post usum aliquot expectorantium, inscio Auctore, ceperit sanguinem sat copiose expuere. Datis oxyis abstergentibus, ac discutientibus sputum cruentum desit, superstite tussi, & pectoris infarctu usque in Novembr. Tum vero denuo revertit stranguria, tussisque abiit. Resumis ergo iterum enematibus ecce prolectæ sunt dejectiones cruentæ, ac purulentæ in aliquot continentem hebdomadas durantes, ita ut sub quavis egestione puer cum stercore sanguinem, ac pus excreverit; sed ab hinc omnia desire symptomata, puerque ex toto convalevit. Ischuriæ autem ex hæmorrhoidibus cæcis enatas casum haud vulgarem refert

J.

J<sub>r</sub>. STORCH (a): vir 50 annis major eusarcus, sanguineus, semper appetens, multoque abusus vino, toleratam aliquamdiu circa hepar pressionem sublaturus post Vnæ. Snem. enema admisit cum levamine, ab altero autem injecto, utut nee fervido, nec ano a cannula offenso, ocyus hæmorrhoides obortæ sunt cum inflammatione reæti, ac protuberantibus tuberculis e livido albis, ac veluti pellucidis, urethra simul usque adeo tumente, ut nihil omnino lotii excerni posset. A data autem 4ta quaque hora ēris polichresti Auctoris 33 ex aqua flor. tiliæ, æger postridie reddidit plurimum lotium admodum fuscum, cum levamine, & imminutione inflammationis, unde sumtis porro 6ta quaque hora iisdem ēbus, illitoque externe unguento Lithargyrii, æger sub usu cœrevisiae Naumburgensis lensim convaluit. Perinde apud DR. LA MOTTE (b) femina patiebatur ab hæmorrhoidibus alvi suppressionem, cum tridui ischuria insuperabili: donec indito non sine doloribus cathetere novem scutellas plenas lotio excrevit, & enemate dein exhibito, alvum quoque posuit. Alia quoque illius (c) gravida ex eadem causa in ischuriam incidit, quam & RIEDLINI (d) mu-

(a) L. c. ann. 2. Januar. d. 4. Nro. 7. p. 30.

(b) Traité compl. des Accouchem. L. I. C. 20.

Obs. 51. p. 115.

(c) Vide §. 133. a)

(d) Ibidem.

mulier, & LEÜTHNERI (a) senex, & STÖRKII (b), ac WEBERI (c) ægri inde nocti fuerunt.

### §. XLVI.

15. COLOR corporis in hæmorrhoidariis, habitualibus præprimis consideratione non indignus est; quippe qui singularis esse soleat. Nominavit, non determinavit eum GALENUS (d) scribens: „coloris in universo corpore „proprietas alia quidem per hepatis, alia vero „per splenis affectus apparet, ita ut doctum „medicum haud quaquam possit fallere, si „cut ne color quidem, quem hæmorrhoides „induxerunt.“ Sed quis ille? HIPPOCRATES (e) audiatur: „eos (inquit ille), qui per „ora venarum (*αιμογενίδας*) languinem fundere sunt soliti, si quis per hyemem liberaliore potu usos, aut bene coloratos conspiciat, „hic facile prædixerit ipso vere erupturi sanguinis magnam spem affore, adeo, ut sub æstatem decolores, & aquosi evadant.“ Sed istud magis ad plethoram hyeme collectam, æstate vero sublatam, quam ad hæmorrhoidalem

(a) Vide §. 96. e)

(b) Vide §. 32.

(c) Ibidem.

(d) De locis affectis. L. 1. C. 5.

(e) Prædict. L. 2. p. m. 83. sq.

dalem sanguinis dyscrasiam referendum est;  
 de ista vero paulo inferius (*a*) agere videtur  
 dicens: „quibus juvenibus din coloris fæda-  
 „tio inest; non tam continenter ad instar re-  
 „gir morbi, ii viri, & feminæ capit is dolore  
 „conflictantur, & lapides, ac terram edunt,  
 „aut profluvium per ora venarum sanguinem  
 „fundere solita patiuntur, hæmorrhoidas Græ-  
 „ci dicunt.“ Ex his non ambigue liquet,  
 fœdum corporis colorem eundem hæmorrhoi-  
 dariis tribui, qui in chloroticiis observatur,  
 nimirum e virore pallidum, aut gilvum; con-  
 tinuo enim subdit cōus: „at colores cum  
 „virore pallidi diuturni absque vehementi re-  
 „gio morbo cetera quidem eadem facere so-  
 „lent; verum præcordiorum dolores eos ma-  
 „gis vexant, quam ceteros; neque tamen la-  
 „pides, aut terram edunt. Qui vero diu pal-  
 „lidi faciem habent tumidam, eos certum est,  
 „aut capit is, aut viscerum dolore laborare,  
 „aut sedem internam (intestinum rectum) quo-  
 „dammodo male affectam esse. Magna autem  
 „ex parte, ubi hæc adfuerint, non unum ali-  
 „quod malum inesse videtur, sed interdum  
 „multa, aut etiam omnia.“ Clarissime autem  
 de hac re AVICENNA (*b*) „plurimum quidem  
 „(air) habentibus hæmorrhoidas adeſt color  
 „proprius eis, & citrinitas declinans ad viri-  
 dita-

(*a*) Ibidem p. m. 110.

(*b*) L. 3. Fen. 17. Cap. 2.

„ditatem“ i. e. color ex virore gilvus: „id  
„quod in multis aliquando animadverentes  
„folo hoc signo inducti eos hæmorrhoidibus  
„laborare pronunciavimus magno cum artis  
„honore“ inquit P. FORESTUS (a) hujusmo-  
di sane colorem præstulit ISENFLAMMI (b)  
senex, ac PEZOLDI (c) futor, & vix non  
eundem, nempe isteroden HOFFMANNUS (d)  
suo in viro observavit. *Ani color* etiam in-  
terdum est exquirendus: rubedo enim circum  
anum in moliminibus hæmorrhoidalibus quan-  
doque visitur, ut SALOMONIS (e) in muliere.

### §. XLVII.

16. TUMORES varii in variis corporis lo-  
cis ab anomalo sanguinis hæmorrhoidalis mo-  
tu, atque in alias partes decubitu, ut sunt:

a) *Erysipelas, phlegmone.* Femorum  
phlegmone ante fluxum cum asthmate, huic-  
que alterno pedum oedemate laboravit AL-  
BRECHTI (f) vidua; rosam autem bullatam  
lævo

(a) L. c. Schol. ad Obs. 5.

(b) Vide histor. hæmorrhoid. alb. §. 16.

(c) Vide histor. hæmorrhoid. vesicæ §. 13.

(d) Vide §. 100

(e) Vide §. 115. Nro. 1.

(f) Vide §. 119. Nro. 5.

lævo in pede ex anomalis hæmorrhoidum motibus naæta est SALOMONIS (*a*) mulier.

*b)* *Varicocele*, quam LEBENWALDTII  
*(b)* juvenis est adeptus, & c. GRAFFII (*c*) nobilis ad 50. annos habens, sanguineo-chole-  
 ricus, enterocele inguinis lævi laborans ab aliquot jam annis 19na Aprilis 1725 media nocte post brevem somnum correptus est lævi scroti dolorifico tumore duos viriles pugnos æquante, cum torminibus, ac vehementibus spasticis crurum motibus, quibus comes erat febrilis motus, cum rigore, æstu, fitique intensa in multum usque diem continuans; hæc 20ma Aprilis a meridiæ exceptit alvi fluxus aliquot dierum, stercoreo-sanguineus, cum omnium modo dictorum symptomatum abolitione, solo scroti tumore superstite, at indolente: æger viribus pollens appetebat, & sine incommodo ambulabat; nisi quod ponderis adesser sensus. Accitus chy-  
 rurgus tumorem pro hernia incarcerata habens, per 3 septimanas cataplasmata, emplastræ, fatusque emollientes, ac varia ligamenta admovet incassum, sine ulla tumoris diminutione. Maji 19na consultus Auctor non tam incarceratedam herniam, cujus aberant solen-

(*a*) Vide §, 115. Nro, 1.

(*b*) Ibidem,

(*c*) Acta. nat. cur. Vol. 2. Obs. 81.

solennia signa, quam herniam varicoso - humoralem adesse ratus anomalis hæmorrhoidibus tribuendam, præbuit rheum, & diuretico-tonica; externe roborantia admovit: ab his evanido brevi tumore æger pristinam recepit sanitatem. J. STORCH (a) refert cholericco - phlegmaticum 52. annorum hæmorrhoides a vini potu naustum, Majo mense 1728 dolentes earum protuberantias pati cœpisse cum diarrhæa pauca, sed fere continua, & quasi lienterica, cui 16ta Maji datum:

R. M. P. BECCHER.

— — alterant 33 9j. M. F. pil.  
S. vesperi Nro. 10 vel 12. pro dosi. Porro.

R. Ræ propr. MYNS.

♂. LUDOVIC. 33 3ij. M.  
S. m. & v. gtt. 30. nec non.

R. Summit: millefol. M. ij. D. pro infuso hauriendo. Juni 6ta retulit, a pilulis tenesum se passum; hac autem hebdomade varicem sibi in scroto crepuisse, & sanguinis inde minimum 3jß fluxisse cum insigni levamine. Monitus ergo ne Væ. Snes. æquinociales negligat.

c) Bu-

(a) L. c. ann. 6. d. 4. 579. sq.

c) *Bubones inguinales*, quorum ab hæmorrhoidibus profectorum nonnisi tria exempla novi PEZOLDI (a) in futore unum, alterum in ejusdem (b) adolescentiæ 14 annorum, qui ex caseo aliiisque cibis frigidis ac dyspeptis natus est hæmorrhoidum fluxum cum colore totius corporis fusco, puncturis pectoris, torninibus, ac tumore bubonum, idoneis tamen remediis omnia sublata sunt. Tertium est in J. D. GOHLII (c) juvene ad 30 annos nato cholericо-sanguineo, ac venerem perditę sectante, qui a patre perquam podagrico progenitus, ac prima jam in juventute arthriticus, 17ma Maii 1721. recte valens, post prophylacticum purgans ira valida, iterataque excanduit, ac tertio post die secta dextrę pedis vena, 5to die sudans, per octo inde dies bene habuit. Abhinc vero lacinans anum dolor invasit, ut æger nec pedem movere, nec tussire citra summum dolorem posset. Chirurgus ope speculi ani hæmorrhoidalē pustulam in dextra intestini recti parte inventam fotu molli, balsamoque externo una cum inguinali tuberculo discussit. Inde ægro ob alvum liberam a 6ta ad 12mam Junii bene valenti deinceps hæmorrhoidalis pustula renata est, summo cum ardore. Secta idcirco lævi pedis

(a) Vide histor. hæmorrhoid. vesicæ §. 13.

(b) Obs. med. chir. 29.

(c) L. c. Dec. 2. Vol. I. Sect. 2. p. 76. sqq.

pedis vena dat chirurgus vinum catharticum  
 ex antiscorbuticis, & antivenereis, subjungitque perperam remedium stimulans ex  $\text{N}$   
 C. C. succ.  $\Theta$  oleos. MYNS.  $\text{m}$  3ij. eff. lign.  
 $\text{z}$   $\beta$ .  $\omega$   $\Theta^*$  3ij. M. pro usū nocturno ad gtr.  
 45. A vino varix hæmorrhoidalis plus tumuit,  
 & a quavis dejectione dolor in ano, similis  
 clavo infixo, obortus est, cum impotentia  
 sedendi, ambulandi, decumbendi, ipsosque  
 flatus emitendi, quorum retentio dolores  
 testiculi, & urethræ causavit. Datis autem  
 temperantibus, & sale Epsomensi, pro liberā  
 alvo, turbæ iterum quievere, morbus autem  
 hæmorrhoidalis evasit periodicus; a difficili  
 præsertim alvo rerudescens. Cuni vero sub  
 ordinata diæta interne temperantia, & ex  
 terne emollientia cum discutientibus non mag  
 nopere prodeffent, hirudines pacatis in in  
 tervallis aho admotæ plurimum levabant. Sed  
 æger intemperans melius habens, cum ocyus  
 genio, vinoque indulgetet, recidivam patie  
 batur, cum ferō a vulnusculis defnuo tumidis  
 exsudante. Admota  $\nabla$ a arquebusade cum  
 levamine, & cum alvus nec  $\Theta$ i Epsomensi,  
 nec jalappæ resinæ ppt. ad gr. x obediret, hi  
 rudines alterum cum euphoria admotæ, & ab  
 hinc Væ. Sne. in brachio subjuncta, tum semi  
 cupium imperatum in declinatione morbi. Sed  
 a gravi ira novi os sacrum, & coccygis do  
 lores ad femur excurrentes invasere; queis  
 etiam brevi sopitis, æger ad solita munia re  
 diit. Post annum tamen pulmonali phthisi  
 periit. Credebat GOHLIUS negante licet  
     ægro

ægro, nullisque syphilitidis symptomatibus præsentibus tuberculum esse inguinale, esse venereum; quod tamen nil nisi hæmorrhoidales infarctus pro causa habuit.

## CAPUT VI.

### PHAENOMENA VARICUM, ET FLUXUS HAEMORRHOIDALIS.

#### §. XLVIII.

I. TUBERCULA hæmorrhoidalia suis in phænomenis, puta: numero, magnitudine, figura, massa, ac sensibilitate, magnam exhibent varietatem, tironibus scitu necessariam. **Enim vero**

1. *Magnitudo* illorum pifum alias, alias fabam, nucem avellanam, juglandemve, alias ovum, pomum, pugnum &c. æquat: generatim fere id tenendum est, varices hæmorrhoidum internarum præ externis majoris esse voluminis capaces, ob tunicae a tegumentis, qua externæ præditæ sunt, defectum; hæc enim vasorum hæmorrhoidalium extero-rum dilatationi semper obstat. Si per exempla rem lustrare libet, videre erit varices has pifum grandes fuisse, quas viderunt HEISTE-RUS

RUS (a) ac THEDEN (b): cerasis illas, aci-  
nisque æquales LEDRAN (c) repertas refert;  
avellanam magnas conspicati sunt BRAMBILLA  
(d), HEISTER (e), GOCKELIUS (f), HOFF-  
MANNUS (g), THEDEN (h), nucleo olivæ  
STAHLIUS (i), juglandi nuci BRAMBILLA (k),  
HEISTER (l), HORSTIUS (m), dimidium di-  
gitum longæ, unum latæ in OVELGÜNII (n)  
viro erant; ovo gallinæ æquales vidi BRAM-  
BILLA (o), pugno dimidio THEDEN (p); in-  
tegro BLEGNY (q), ac SCHMUCKER (r), &  
apud M. ETTMÜLLERUM (s) refert „LINDA-  
„NUS in collegio M. S. super HARTMANNUM  
„se observassæ hæmorrhoides cæcas in tantum  
„tumorem auætas, ut pugni instar extra anum  
„foras prominenter.“

## 2. Nu-

(a) Vide §. 49. Nro. 3.

(b) Vide §. 117. β. (c) Ibidem.

(d) Abhandl. von der Phlegmone. 2. Th. 6. Cap.  
2. Bed. p. 144. 151.

(e) Vide §. 84. b)

(f) Vide §. 119. Nro. 3.

(g) Vide §. 21. (h) Vide §. 117. §.

(i) Vide §. 27. c) (k) L. c. p. 147.

(l) Vide §. 131. Nro. 7. (m) Vide §. 20.

(n) Vide §. 135. (o) L. c. 149.

(p) Vide §. 117. β. (q) Vide §. 131. Nro. 1.

(r) Vide §. 117. β. (s) L. c. p. 144.

2. Numerus quoque varicum est varius  
unicam GOHLLI (a) juvenis, aliique multi-  
nae sunt, duas BRAMBILLÆ Procenturio (b)  
ac Procolonellus, (c) tres alias ejusdem (d)  
Procolonellus, 5. 6. l. e. DRANII (e) æg-  
ri. Aliquando numerus, ne iniri quidem po-  
test, dum varices altius intra intestinum la-  
tent. Unde LUDWIG: (f) „stasis autem san-  
guinis in his venis oriunda efficit tumores in-  
terdum pisi magnitudine, atque etiam ma-  
iores (nam vidi nonnullos, qui ad ovi colum-  
bini, quin etiam gallinacei excrescent,) „modo duros, modo mollores, latius accres-  
centes, vel ex tenui pedunculo hærentes,  
„pinquedine item cinctos, vel liberos, ut  
„vel hac ex causa vasa in ramis producta va-  
„ricosa non solum externe sed magis interne  
„ad tractum intestini recti ascendant, & in-  
„terdum ad coli finem se extendant.“

3. *Figura* perinde non omnibus una  
est, variaque ab ista iis indita nomina, quem  
admodum superius (g) jam pluribus dictum.

4. *Reni-*

(a) Vide §. 47. c)

(b) L. c. p. 147.

(c) Ibidem p. 151.

(d) Ibidem p. 144.

(e) Vide §. 117. β.

(f) L. c. p. 392.

(g) Vide §. 6. B. Nro. 2. a) &c. 4. γ. δ. ε.

4. *Renitentia* etiam alia, atque alia tactu percipitur; namque varices aliquando moles sunt, digitoque compressæ pene evanescent, dum nempe recentes non ad crepatu-ram usque repletæ, nec inflamatæ sanguinem fluxilem continent, internæ præsertim dictæ; duræ alias sunt e nimia repletione, sanguine spissæ, coacto vel phlogistico, vel atrabiliario, vel grumoso refertæ, aut ex inflammatione contensæ, in primis externæ, ob cutim investientem: vel ob vetustatem callosas tunicas adeptæ.

5. *Sensus* porro varicibus hæmorrhoidalibus varius inesse solet, prout hæ nempe vel turgentes vel tumentes furentesve sunt, (a) ita ut alias tensio tantummodo, alias vero dolor variae intensitatis, velut in RAIMANNI (b) viro SEVERINI (c) Ictericō, &c. percipiatur.

6. *Exsudatio* etiam quandoque olidi inde serì contingere observatur, quemadmodum in GOHLII (d) juvēte, ac HEISTERI (e) quadragenario. Pūne, an modo dictum serum fuit, quod D. C. SCHOBINGER apud A. HAL-

LERUM

(a) Vide §. 6. B. Nro. 2. b) u. β.

(b) Vide §. 109. b)

(c) Ibidem.

(d) Vide §. 47. c)

(e) Vide §. 131. Nro. 7.

LERUM (d) simili in casu ab se visum scribit?  
 „pus (vidit) in hæmorrhoidario & crebris  
 „alvi prolapsibus laborante ex extremo intestino recto undique exsudans, hos prolapsus  
 „inflammatis resolvens, & sedans sine ulla ulceris, aut fistulæ suspicione. Accrime in rem  
 „inquisivi, (ait) & certus sum hoc pus ex  
 „vasis inflammatis trans sudare, sine substantia  
 „læsione; nec ex cavea intestini venire itidem  
 „certus in hoc exemplo sum.“ Videtur sane  
 hæc ex sudatio ab ipso ani prolapsu fuisse  
 causata, veluti in OVELGUNII (b) sene se res  
 habuit.

### §. XLIX.

II. FLUXUS *hæmorrhoidalis* tria præpribitis notatu digna exhibet phænomena, nimurum humorem excretum, ejus copiam, excernendique tempora.

I. *Humor* qui ex hæmorrhoidalibus vasis excerni solet, est triplicis generis:

a) *Sanguis*, atque is variæ indolis, prout nempe ex arteriis (si unquam ab his erumpit) vel venis, hisque aut hæmorrhoidalibus externis, aut internis profluit. Qui ex arteriis prodiit, fluidior, tenuiorque est,

ac

---

(a) Epistolar. ab eruditis viris ad A. HALLEM scriptar. Tom. 5. Epist. 2. 13. p. 185.

(b) Vide §. 135.

L 2

ac magis rubet contra ea crassus, ac nigrans venosus est, præsertim qui ab externis hæmorrhoidalibus venis scaturit; ex internis enim & fluidior, & rubicundus magis profluere observatur. Hinc multi e sanguinis colore, & consistentia ejus ortum, effectusque determinare confieverunt; quamvis id non semper citra errorem fieri queat. (a) Subinde grumosus primum, deinde fluidus prodit sanguis, velut in BEHRII (b) adolescente, & ERNESTII (c) muliere. Mirum autem, unde hic ingentes quandoque grumi? In feminis similes sæpe post lochia, vel menstrua aliquamdiu suppressa observantur; sed horum ratio facilis ex stagnatione in utero; num idem in recto intestino accidere potest? Hinc & R. LENTILIUS (d) „mirum . . . (inquit,) „sanguinem hæmorrhoidalem in frusta pug-„ni magnitudine concrescere posse, dum sup-„primuntur, quod in Pastore quodam plus „vice simplici me vidisse recordor; siquidem „arteriæ hæmorrhoidales extensionis tantæ „capaces nullatenus videntur, & alia cavitas „defit: nam neque cæcæ hæmorrhoides in „tantos tumores excrescunt. Id enim ob-„servatum velim nullo vel ante, vel in egestione „istius sanguinis dolore notabili Pastorem il- „lum

---

(a) Vide §. 50. C.

(b) Vide §. 15.

(c) Vide §. 55. Nro. 9. a)

(d) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 9. Obs. 124.

„lum fuisse cruciatum.“ Hisce vero non minus mirum est, sanguinem excretum interdum esse aceritum, qualis in PEZOLDI (*a*) equite est observatus, ut qui cutem, quam attigit, papyrumque eroserit: haud enim veri est simile, reliquum etiam omnem sanguinem ejusdem fuisse causticitatis; securus tenerimis encephali, aliarumque partium staminibus non pepercisset, gravissimasque passim in corpore produxisset noxas.

b) *Mucus albus*, interdum striis sanguinis interstinctus. Hic aliquando sanguineum fluxum præcedit, ita ut primo dejectiones mucosæ accidunt, postmodo vero sanguis ipse erumpat, ut in BEHRII (*b*) Principe; aliquando autem solus mucus, quin ulla sanguinis excretio ex hæmorrhoidalibus vasis consequatur, alvo egeritur, atque tunc morbus *hæmorrhoides albæ* audit, de quo Ierosim (*c*) agetur.

c) *Pus, sanies, ichor*, ubi hæmorrhoides inflammatæ in suppurationem, abeunt at ichor ne; aut serum potius vitiosum fuerit, quod G. H. VELSCHIUS (*d*) in religioso alias

(*a*) Vide §. 59. b)

(*b*) Vide histor. hæmorrhœid. albar. §. 4. Nro. 4.

(*c*) Vide Ibidem §. 1. &. 2. II. B. Nro. 1. a)

(*d*) Vide §. 71. b. §. 131. Nro. 17.

alias, alias nobili in viro produisse refert, merito ambigas.

*2. Quantitas sanguinis effluentis admodum variat; alias enim justo est parcior, justa alias, alias etiam profusa, ac debilitans. Postremo autem in casu duplici id ratione evenire assolet, videlicet, dum vel simul, ac semel intra breve tempus multus sanguis impetuose erumpit, vel partitis quidem; at multis omnino viciibus longum in tempus Hæmorrhoidis fluit rarius primum; posterius autem est frequentius. (a) Operæ autem pretium me facturum censui, si utriusque generis exempla lectori uno quasi obtutu oculos fisterem. Enim vero .*

FISCHFRI (b) puer quavis sub  
alvi egestione excrevit sanguinis . . Cochl. j.  
BEHRII (c) adolescens . . 3ij.

i. RHODIUS. (d) „Patavii A.  
„1628 clericorum regularium mini-  
„strum novit, cui supra 10 jam an-  
„num per hæmorrhoides quotidie  
„sanguinis fere . . . . . 3jv.  
„manabant, sine labe viscerum, aut

„fa-

(a) ALBERTI. diff. de hæmorrhoidib. excep-  
dentib. §. 10. Tract. de hæmorrhoidib. P.

i. p. 193.

(b) Vide §. 15.

(c) Ibidem.

(d) Obs. med. Cent. 2. Obs. 93.

„ facultatis naturalis debilitate. Mu-  
 „ lier ibidem suppressis menstruis 4. **3j v.**  
 „ menses integro ultra . . . . .  
 „ sanguinis excrevit quotidie per hæ-  
 „ morrhoides, adeoque hoc temporis  
 „ spatio libras unde triginta; . . . . **40xxix.**  
 „ imo fluxu ad horam saltem cessante  
 „ mox in animi deliquium incidit.“  
**FERDINANDII** (a) puella toto Ap-  
 rili cum alvo semper sanguinis eges-  
 sit plus minus **40 B.**  
**LANZONII** (b) sacerdos quotidie ad **40 j.**  
**POMMEI** (c) civis per mensem quo-  
 tidie **40 j.**  
**CORNARII** (d) nobilis intra 4. dies **40 vj.**  
**GULLMANNI** (e) mercator intra 18.  
 dies **40 xxiv.**  
 MONTANUS referente H. SCHWEVCHE-  
 RO. (f) „ ait vidisse se . . . labo-  
 „ rantem hæmorrhoidibus, cui quoti-  
 „ die effluenter (sanguinis) . . . . **40 iiij.**  
 „ & amplius idque per 45. dies, nec  
 „ unquam constrinxisse & curatum esse.“

D. PA-

(a) Vide §. 25.

(b) Consult. med. 97. opp. T. 2. p. 203.

(c) Vide §. 133. b)

(d) Vide §. 95. d)

(e) Vide §. 53. III. B. Nro. 1. d)

(f) Append. Censilior. MONTANI edit. Basileæ

1583. circa finem p. 59.

D. PANAROLI (a) „nobilis Hispanus  
 „quotidie . . . . . tibi.  
 „sanguinis 4. ab hinc annis per hæ-  
 „morrhoidales venas excrevit, op-  
 „timaque fruitur valetudine. Con-  
 „sideres, unde quantitas tanta er-  
 „rumpere possit, cum usque ad hanc  
 „diem plus quam mille libræ sanguini-  
 „nis fluxæ sint.“ MÜLLERI (b) fa-  
 ber intra breve tempus excrevit san-  
 guinis . . . . . Cantharum  
 C. RAYGER (c) homines „ipse vidit  
 „qui in una sessione ad  $\frac{1}{2}$  tibi sanguini-  
 „nis, idque vel ter in die, amiseret,  
 „sed cum notabili virium dejectione,  
 „& nisi legitimo modo fuisset sup-  
 „pressus enormis hic fluxus, vix ad  
 „aliquot dies suffecissent. Recordor  
 „cujsdam . . . viri . . . cui non in-  
 „frequens erat ultra . . . . . tibi.  
 „quandoque una die excernere, sed  
 „cum magna virium prostratione, ne-  
 „que tamen cito sisti debuit hic fluxus,  
 „statim enim sanguis regurgitavit ad  
 „pectus, & hæmoptysin introduxit . . .  
 „Mærore animi (demum) confec-  
 „tus obiit.“

G. HAR.

(a) Obs. med. Pentec. 2, Obs. 46. p. 109.

(b) Vide §. 26. b) a.

(c) Scol. ad P. SPINDLERI obs. med. 44.

p. 77.

G. HARRISII (a) vidua intra $\frac{1}{2}$ noc-	
tem excrevit sanguinem ad . . .	℔ iv.
BORELLI (b) sartor ad . . .	℔ x.
SPINDERI (c) figulus per diem .	℔ xij. xv.
HOFFMANNI (d) vidua nycthemero	
plus . . . . .	℔ xx.
SMETII (e) vir per 1. $\frac{1}{2}$ diem ultra	℔ xxx.
PEZOLDI (f) Eques assiduo fluxu ad	℔ lxjv.
sanguinis egesit. His adde virum HAENII	
(g) duosque ægros apud DE LA METTRIE,	
(h) qui perinde insignem sanguinis vim ano	
excrevere.	

3. *Tempora* denique, quibus hæmorrhoides fluere assolent, et si non semper æquibus intervallis disjuncta sint, nihilo tamen minus in morbo habituali, ac regulari ut plurimum statis temporibus fluxus reverti solet. Nonnullis hæmorrhoides nonnisi quo-vis vel anno, vel semestri; idque ut plurimum vere, & autumno, referatur, aliis quo-vis mense; plurimis omni mense catameniorum instar, quibusdam vero fluxus omni heb-

(a) Vide §. 128. Nro. 5. a)

(b) Vide §. 88.

(c) Vide §. 119. Nro. 4.

(d) Ibidem Nro. 5.

(e) Ibidem Nro. 4.

(f) Vide §. 59. b).

(g) Vide §. 115. Nro. 3.

(b) Vide §. 91. Nro. 191. 2.

hebdomade accedit. STAHLIUS (*a*) diversarum periodorum sequentem adstruit causam: „internarum hæmorrhoidum (inquit) sæpe fere est menstruus circuitus, in ipsis maxime viris, aut sane frequentiora inde pathemata, si vel e quantitate sanguinis (universali, aut partiali circa venam portæ) vel assuefactio, jam hoc motu occasio præcesserit . . . . Externarum magis fere verna, & autumnales sunt commotiones, & ob exitum impeditiorem e longe paucioribus, & tenuioribus vasculis longe tardiores etiam successus.“ At hæc nondum ex asse sunt evicta. Nos dubiis ratiociniis in medio relictis ad certa nos observata conferamus. Quidam H. SMETTI (*b*) adolescens ab aliquot jam annis semper circa vet hæmorrhoidum fluxum nanciscetur, quod ipsum P. I. SCHENFELDERI (*c*) canonico, ac STEGMANNI (*d*) civi non vere modo; sed & autumno accedit, & apud M. ALBERTI (*e*) puer decennis jam a biennio verno, æstivoque tempore quovis mense tridui semper hæmorrhoidum fluxum, præeuntibus illi doloribus colicis, expertus est. R. I. FORTIS (*f*) refert Regio cuidam consiliario

(*a*) Diff. cit. Cap. 6. p. 17.

(*b*) Miscell. med. Lib. 10. p. 529, sq.

(*c*) Histor. enarrat. med. histor. 12. p. 45.

(*d*) Vide §. 60.

(*e*) Vide §. 15.

(*f*) I. c. Cent. 2. Conf. 69. p. 257.

liario hunc fluxum nonnisi 3tio, aut 4to  
mense venisse cum levamine; induciis tamen  
subinde totius anni datis. Aliis (quod fre-  
quentissimum est) toto anno singulis mensibus  
fluxus hic revertitur. Sic apud T. BARTHO-  
LINUM (a) „famulo . . . mercatoris Haf-  
„nienensis singulis mensibus ordinato fluxu san-  
„guis per inferiora expurgatur.“ Perinde  
A. ZIMARA (b) „novit quemdam qui singulis  
„mensibus sanguinem hæmorrhoidalem patie-  
„batur, & erat iam octuagenarius.“ Haud seci-  
us E. HAGENDORNIO (c) „faber quidam mu-  
„rarius sexagenarius . . . retulit, sibi ab anno  
„ætatis 20mo. ad 60um. usque singulis men-  
„sibus fluxisse hæmorrhoides . . . cum addi-  
„to, se pariter instantे fluxu hoc paria cum  
„femellis experiri symptomata, imo diu-  
„tius fluere volentes iisdem sopiri, quibus  
„mulierum menstrua remediis. Qui ipse per  
„multos annos inde pallidus, macilentus,  
difficulterque respirans tandem phthisi obiit.“  
Sic & I. JUNCKERUS (d) meminit viri, plu-  
res per annos die cuiusvis mensis præcise  
18vo. hæmorrhoides experti, non obstante  
impari in mensibus numero dierum. Novit  
etiam

(a) Histor. anat. rar. Cent. 5. histor. 33.

(b) Apud. M. DONAT. de medic. histor. mirab.

L. 4. C. 19. P. m. 231.

(c) Hist. med. phys. Cent. 2. histor. 34.

(d) Compend. med. theor. pract. Tab. 11. p. 67. &  
Diff. de Dysent. Pannonica (4to. Halæ 1732.  
Resp. I. c. SEYFFERT) §. 7. p. 13.

etiam I. SCHULTZIUS (a) medicum ingeniosum, fuscum, capillis nigris, cui a 180  
 anno hæmorrhoides quovis mense per aliquot dies fluebant cum euphoria; si vero aut parcius,  
 aut nullatenus aliquando fluxissent, male valebat. Et paulo post (b) „habitarabat  
 „(addit) . . . in horto meo . . . senex qui-  
 „dam octuagenario major, sed robustus &  
 „salacissimus, ex corbium firpandorum op-  
 „ficio vietum querens, qui a prima statim  
 „juventute ad prædictam ætatem fluxum hæ-  
 „morrhoidum patitur, & quidem quovis  
 „mense cum maximis dorsi doloribus, &  
 „ventris tormentibus ordinarie, & uberrime  
 „redeuntem. Apud ipsum sacer ejus com-  
 „moratur mendicando vitam sustentans nona-  
 „genario major, cui idem ab ipsa quoque  
 „juventute hucusque menstruatim contingit.“  
 Apud H. SMETIUM (c) „litterato juveni ab  
 „anno ætatis 22do hæmorrhoides singulis  
 „mensibus, statisque diebus jam per trien-  
 „nium fluebant.“ Perinde I. G. SOMMERI  
 (d) „vir . . . temperamento sanguineo-me-  
 „lancholico anno ætatis suæ 20mo. . . pri-  
 „mum passus est fluxum hæmorrhoidum, quem  
 „natura ex eo tempore usque in præsens quo-  
 „libet mense statu tempore repetit, quam-  
     „vis

(a) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 4. Obs. 44.

(b) Ibidem obs. 69.

(c) L. c. p. 547.

(d) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 3. Obs. 108.

„vis hoc naturæ beneficio . . . nunc sexa-  
 „genarius paulo partius fruatur . . . Quoties  
 „hæmorrhoides tributum suum ratione quan-  
 „titatis aut temporis moræ non rite persol-  
 „vunt , toties actiones naturæ principes  
 „hinc inde turbatæ labascunt , nimirum sub  
 „hoc sanguinis ο'γασμῷ calor quidam p. n. alvi  
 „obstrucțio , cordis angustia, hypochondrio-  
 „rum inflatio cum totius corporis & animi  
 „languore oritur , quoties autem hic fluxus  
 „restituitur , toties etiam disparent omnia  
 „symptomata. Ceteroquin hos 40 annos ...  
 „in tolerabili sanitatis statu transigit. No-  
 „minat etiam aliud virum . . . qui eandem  
 „cum ipso fortunam hoc in passu fuerit ex-  
 „pertus , vegeta senectute felicem.“ Deni-  
 que I. M. MÜLLERUS (a) „cum uxorii cata-  
 „meniis (inquit) singulis 4. hebdomadibus, inci-  
 „pientibus & desinentibus maritus civis hujus  
 „loci eodem tempore aliquoties per octiduum  
 „ante annum hæmorrhoidalii laboravit fluxu.“  
 Et c. F. PAULLINI (b) „primarius (ait) vir ...  
 „dixit . . . se toties , quoties conjux ejus  
 „fluxum menstruum ordinarie habebat , pati  
 „fluxum hæmorrhoidum , eadem quasi hora  
 „& die cum fluxu muliebri incipientem at non  
 „desinentem. Menstruum perinde hæmorr-  
 hoi-

(a) Ibidem. Cent. 10. Obs. 68.

(b) Ibidem. dec. 2. ann. 5. append. Nro. 1.  
Obs. 80. p. 52. & de nuce moschat. Sect. 2.  
Part 3. membr. 2. cap. 9. §. 5. p. 525.

„hoidum fluxum habuit mulier KOELICHENII  
 „(a) puella BERDOTI, (b) propola AMATI,  
 „(c) tum puer SCHLIERBACHII, (d) Eques  
 PEZOLDI (e) ac faber I. L. HANNEMANNI,  
 (f) qui instantem suum fluxum semper præ-  
 fientiebat. In feminis quandoque fluxus hæ-  
 morrhoidalis cum catameniis alternat. Sic  
 I. DOLÆUS (g) „nos (inquit) in Principissa  
 „Nassovica quadam juniore observamus flu-  
 „xum menstruum novilunio fluentem una cum  
 „fluxu hæmorrhoidum plenilunio fluente.,,  
 c. F. GARMANNO (h) „femina gracilioris  
 „habitus, gibbosa ad 50um. vergens . . .  
 „ante mortem . . . naravit, se quovis ple-  
 „nilunio menstrua, novilunio autem hæmorr-  
 „hoidal fluxu laborasse sine notabili virium de-  
 „jectione; cumque mater fuerit multorum libe-  
 „rorum, ingavidatione facta etiam cum men-  
 „struis hæmorrhoides cessasse“ Apud c. F.  
 PAULLINI (i) „Uxor . . . militis, annorum 28.  
 „intra novi — & plenilunium 3bus 4tuorve die-  
 „bus fluxum habebat menstruum ordinarie, &  
 fatis

(a) Vide §. 90.

(b) Vide §. 53. III. B. Nro. 2.

(c) Vide §. 115. Nro. 3.

(d) Vide §. 56.

(e) Vide §. 59. b)

(f) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 1. Obs. 70.

(g) Encyclop. med. L. 3. C. 10. §. 1.

(h) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 4. annalest.  
p. 299.

(i) De nuce Moschat. I. c. §. 4.

„satis copiose; intra plenilunium postea usque  
 „ad novilunium continuo fere (omni puta  
 „die) fluxere hæmorrhoides, & sic alterna-  
 „tim ad 7um usque mensem viribus adhuc  
 „robustis. Lapſa dein in Visurgim ex ter-  
 „rore menses sensit suppressos; fluxu vero  
 „hæmorrhoidum largiori sequente, qui tan-  
 „dem ſponte ſua ſubſtituit.“ Meminit etiam  
 1. STORCH (a) mulieris 30 annorum, cho-  
 lerico - melancholicæ, patre hæmorrhoidario  
 prognatæ, cui jam ab aliquot annis hæmorrhoidum  
 fluxus cum catameniis alternabat  
 non sine junctis multis torminibus. Simi-  
 lem quoque horum duorum fluxuum alterna-  
 tionem in Ill. quadam femina obtinuisse re-  
 fert ALBERTI, (b) & i. s. CARLII (c)  
 matrona ad 40ta annos habens, ſanguineo-  
 cholerica, ſenſibilior, laute vivens ac steri-  
 lis, statis, certisque lunæ quadris larga ca-  
 tamenia, & hæmorrhoides fluentes patieba-  
 tur. Ad has periodice fluentes hæmorrhoi-  
 des adjungi poterunt cæcæ etiam periodice  
 reverti ſolitæ, quas VANDERMONDI (d) æger  
 quovis mense perpetiebatur: haud lecius L.  
 HEISTERI (e) militi ſingulis mensibus enas-  
 cebant.

(a) Observ. clin ann. 2. April. d. 2. Nro. 4.  
 p. 159.

(b) Diff. de hæmorrhoidib. juniorum. §. 4. p. 18.

(c) Acta nat. cur. Vol. 4. Obs. 83. 3

(d) Vide §. 96. d)

(e) Medic. chirurg. u. anatom. Warnehm. 2.  
 Band. 5. Wabrinchm.

cebantur in recto intestino hæmorrhoidalia tuberculæ, pisum magna, multis cum doloribus, at fine ullo sanguinis fecuto profluvio.

## CAPUT VII.

### DIAGNOSIS.

§. L.

**I** ABSOLUTA, quæ morbum hæmorrhoidalem præsentem dægit. Cum autem hujus triplex esse soleat status, nimirum vel molimina ingruentis morbi, vel tumores varicosi citra fluxum i. e. cæcæ hæmorrhoides, vel denique fluxus ipse, clarum est, distinctam singulorum horum trium statuum notionem esse habendam.

A. *Molimum hæmorrhoidalium* diagnosis plurimum involvit difficultatis, quandoquidem nullum dum pathognomicum signum illorum tenemus; collatis tamen ad se mutuo omnibus, quæ hic occurrere solent, signis, non usque adeo difficile erit sagaci pratico molimum horum detegere præsentiam, quam in primis arguant.

1. *Causæ prægressæ* (a) rite cognitæ, ac vel maxime temperies morbi hujus capax hereditaria

---

(a) Vide §. 10, sqq. 19. sqq.

ditaria labes, atra bilis præsens, alvus segnis, ac laboriose egerenda, aloeticorum prægressus usus, & crebræ in juniori ætate narium hæmorrhagiæ, &c. His autem cohædere solent.

2. *Symptomata hæmorrhoidalibus motibus maxime solennia* (a) *jam plura, jam pauciora, ut sunt, vertigo, dolores dorsi, lumborumve, aut coxarum, ani; tenesmi, &c. præprimis, si (quod probe notandum) nulla alia manifesta horum symptomatum causa sollicita indagine instituta reperiatur. Quod autem nonnulli hic pro pathognomico signo vel colorem icteroden, (b) vel vertiginem cum dolore capitis, lumborumve junc- tam haberi velint, etiam, atque etiam miror; siquidem utrumque hoc symptomata nec omni nec soli hæmorrhoidalii morbo convenit, ut ex centenis hujuscce operis historiis colligitur, & sua quisque in praxi est experturus.*

3. *Reversiones, & exacerbationes moliminiū hæmorrhoidalium vel maxime circa æquinoctia, ac solstitia, earumque præpediatio per curationem antihæmorrhoidalem pau- lo ante adhibitam.*

B. *Cæcarum hæmorrhoidum diagnosis multo est expeditior, in primis.*

*I. Ex.*

---

(a) Vide §. 31. sqq.

(b) Vide §. 46.

1. *Externarum*, quoad situm ita dictarum, quas visus, tactusque continuo detegit.

2. *Internarum* autem, quæ intra anum delitescent, præsentiam prodit vel digitus ano inditus, vel ani speculum applicatum, vel denique prolapsus intestini recti, sive spontaneus sive arte effectus: unde FORESTUS (a) „internæ (air) latentes quidem oculi cerni non possunt, nisi descendente ano, aut immisso spelo. Quaquidem in re, antiquis placuit, ut sedes everteretur, inustatum, nec ita tutum remedium nostris temporibus: neque magis tutum mihi videtur illud RHASIS consilium, qui . . . jubet apponere ventosam supra anum ut sic contemplari possent.“ Isthæc autem artificia nonnisi vicinas ano varices detegunt; si autem interna vasa hæmorrhoidalia ab orificio ani paulisper remota ita affecta sint (quod tamen rarius contingere solet) ex dolore tum alias, tum si feces ad exitum pergant, ubi magis exquisitus redditur, deprehendi potest.“ Notante I. A. WEDELIO. (b)

### C. Flu-

(a) L. c.

(b) Diff. de hæmorrhoidib. cæcis (4to. Jenæ 1732, Resp. I. DIELERO) §. 22. p. 124.

C. *Fluxus hæmorrhoidalis* denique diagnosis non tam absoluta, utpote solo visu obtainenda, quam relativa potius, quam paulo post daturi sumus, est necessaria.

### §. LI.

II. RELATIVA porro diagnosis est, quæ non modo varia morbi hæmorrhoidalis genera ab se invicem discernit, sed illum quoque ab aliis quibusvis analogis morbis dignoscit docet.

A. Generum hæmorrhoidalis morbi discrimen in eo vel maxime versatur, ut primum hæmorrhoides internæ ab externis, deintumentes a turgentibus, tum criticæ a symptomaticis rite dignoscantur.

i. Externæ, internæ ne sint hæmorrhoides (i. e. ad iliacane vala, vel venam portæ referendæ,) sequentibus id indiciis obtineri posse nonnulli existimarunt.

a) *Sedes varicum, ac scaturigo fluxus.* Internæ enim intra anum, externæ vero extra eundem sitæ esse censentur: si ergo vel varices intra anum reperiantur, vel sanguis inde scaturire observetur, uterque hic status ad internas referri solet hæmorrhoides; & contra. Sed nihil huic ob-

servationi A. HÆN (a) deferri vult; nec abs  
re: namque „accuratissimum WINSLOW in  
„dissēcāndis cadaveribus fecuti cōvincimur,  
„(inquit) facile inanitatis illius distinctionis,  
„qua ab externis hæmorrhoidalibus vasis tam  
„scrupuloſe interna ſejungamus, & hinc va-  
„rīum scopum pŕacticum veluti dirigere anni-  
„tamur. Quippe & internæ arteriæ hæmorr-  
„hoidales ab hypogastricis ortæ, & externæ  
„dictæ a mesenterica inferiore oriundæ ita  
„usque ad recti finem pergunt, ut fluente in  
„recti margine hæmorrhoidē nemo affirmet,  
„utrum ab hypogastricis ſanguis profiliat, an  
„a mesentericis ramis, pŕaterquam quod pŕe-  
„ter omnia hæc vasa quæpiam arteria alia hæ-  
„morrhoidalis interna formetur a ramo illiacō  
„natūm dictō, quæ licet interna ſit; tamen  
„non recti modo finem, ſed & muſculos ani-  
„perebat.“ Videmus ergo, quam párūm huic  
criterio tribuere liccat.

b) *Sanguinis indoles, & copia.* Inolita  
enim opinio fuit, ſanguinem e vasis hæmorr-  
hoidalibus internis (i. e. ex venæ portæ ſy-  
ſtemate) erūpentem crassum, piceumque eſſe;  
floridum contra, fluidumque, qui ab exter-  
nis hæmorrhoidalibus (i. e. e venæ cavæ ſyſte-  
mate) eructatur. Porro cum interna vasa hæ-  
morrhoidalia & capaciora ſint, & integumen-  
tis

---

(a) L. c. Cap. I. §. II, p. 7.

tis communibus non coerceantur, uti coercentur externa, quæ multo etiam internis exiliora sunt, contendit ALBERTI (a) fluxum ex internis, & facilius accidere, & uberiori simul copia, ita ut immodicus hæmorrhoidum fluxus semper ad vasa interna hæmorrhoidalia sit referendus; quando quidem ab externis vasis nunquam copiosus oritur fluxus, nisi externa illum vis adhibita produxerit v.g. dum iis admodum tumentibus aut magnum ferro vulnus infertur, aut hirudines admotæ ac valide affixæ violente iterum avelluntur. Hinc canon foret: fluxum hæmorrhoidalem facile obortum, liberalem, sanguinis crassi, & nigri ad internas hæmorrhoides; difficulter autem succendentem, ac parcum sanguinis coccinei, ac fluidioris ad externas esse referendum. Verum neque hæc ita sibi semper constant, ut vel plerumque; ne dum semper, sic accidere dici possint, præsertim quantum ad colorem excreti sanguinis attinet: cum ... constet, inquit J. C. FROMMANNUS (b), „sanguini, „nem quocunque in loco, adeoque sive in porta, „sive in cava vena fuerit, diutius constrictum „floridam amittere faciem, nigrumque induere „habitum; & si sanguinis citra moram fiat e „porta ejaculatio, coloris gratia superare „posse

(a) Diff. de hæmorrhoidibus excedentib. §. 7. 8.

Traçt. de hæmorrhoidib. P. I. p. 189. fqq.

(b) L. c. P. I. Probl. 42. p. 179.

„posse eum, qui in cava moram trahit.“ Pluribus etiam vulgarem illam opinionem HÆNIUS (a) est aggressus, nimirum cum inter utrasque tam arterias; quam venas hæmorrhoidales mirabiles intercedant anastomoses, ita ut fluente ex internis dictis vasis sanguine contingat necessario eodem tempore depletio vasorum externorum, ac vicissim; eveniet quidem, si cetera utrinque fuerint paria, ut uberior fiat depletio v. g. systematis venæ portæ quam venæ cavæ, si fluxus oriatur ex ultima propagine venæ mesentericæ, aut ilealis; eo quod impetus columnæ sanguinis directius gravitet in illum, qui est ad vasis aperturam; quam in sanguinem systematis hypogastrici lateraliter tantum cum systemate altero communicantis. At subinde contrarium etiam evenire variis de causis potest, vide-licet: „esse in causa spissitudo atrabiliarii crux, oris potest, ut lente is motus vix apertura transfluat, intereaque sanguis systematis hypogastrici natura fluidior, qua data porta, ruat: quam eandem ob rem atrabiliarius homo consueto evacuationis hæmorrhoidalis effectu penitus caret. Quin & sanguis ex propria arteria impetuosiū ruens, veniamque propriam subiens superare nonnunquam potest tardiorem vim retrogradi sanguinis venosi præ spissitudine vix extillantis“

(e) L. c. §. 4. sqq.

„tis: adeoque tunc arteriosus idem sanguis  
 „ex apertura efflueret vix venoso admistus.  
 „Verbo quævis communicationes arteriarum,  
 „venarumque utriusque hujus systematis effi-  
 „cere possunt, ut nunc potius profiliat flo-  
 „tidus, immediate fere ex arteria profluens  
 „sanguis; alio tempore ex venis exeat pene  
 „niger: & vice versa ex venis floridior; ex  
 „arteriis obscurior, prout est major in uno;  
 „quam altero in vase resistentia. Imo non-  
 „nunquam fluit directe ex ipsis arteriis san-  
 „guis hæmorrhoidalis.“ Atque sic ruit & al-  
 terum criterion.

c) *Effectus quoque fluxus hæmorrhoi-*  
*dalis docere prætenditur, ad quænam vasa*  
*fit referendus; namque si hypochondriacus,*  
*maniacus &c. hoc fluxu levetur, sanguis ex*  
*hæmorrhoidibus internis censetur fluxisse: si*  
*debilitet, quin symptomata alleviet, ab ex-*  
*ternis vasis venisse arguitur. Contrarium au-*  
*tem obtinet in plethoricis, quos lædit flu-*  
*xus e systemate venæ portæ; levat vero e*  
*venæ cavæ systemate proveniens (a). Sed*  
*ex ante dictis HAENII argumentis ne isthæc*  
*quidem usque adeo certa sunt, ut non fallant.*

2. *Tumentes a turgentibus dolor atrox,*  
*& symptomata inflammationis conjuncta fa-*  
*tis*

(a) Vide §. 5. a) Nro. 1. 2.

tis, superque discernunt, ut superius (a) dictum.

3. *Criticæ a symptomaticis in eo præfertim sunt diversæ, ut supra (b) vidimus, quod morbo cuiquam supervenientes cum vel allevient, vel ex toto solvant; dum symptomaticæ eundem potius reddunt graviorem. Criticas autem fere hæmorrhoides præfigunt, pollicenturque hæc:*

- a) Temperies atrabiliaria (c)
- b) Morbi encephali, præprimis autem insania (d)
- c) Epidemiæ crisiñ hanc affectantis genius, ut alibi (e) vidimus,
- d) habitualis hæmorrhoidum fluxus suppressus, functiones lædens.
- e) Discussio vel moliminum hæmorrhoidalium vel tuberculorum nulla arte obtinenda.
- f) Hæ-

---

(a) Vide §. 6. B. Nro. 2. b) a. β.

(b) Vide §. 8. Nro. 2. a. b.

(c) H. BOERHAAV. institut. medic. §. 1235.

(d) Confer. §. 53. III. A. Nro. 2. a)

(e) Vide §. 32.

f) Hæmorrhagiæ aliæ periculosiores (ut hæmoptoe, mictus cruentus, &c.) ex anomalis hæmorrhoidum motibus, aut fluxu haud succedente enatæ, nullis præsidiis aliis tollendæ.

B. Morborum autem hæmorrhoidibus affinium, a quibus illas discernere oportet, præcipui sunt.

a) *Fluxus rubri* alii ex ano, scilicet

i. *Dysenteria* quam ab hæmorrhoidalí fluxu distinguiunt, notante P. FORESTO ( $\alpha$ ) vel maxime isthæc:

$\alpha$ . Tormina insignia dejectiones dysentericas nunquam non præcedunt, & comitantur, queis placidus hæmorrhoidalis fluxus moderatus caret.

$\beta$ . Sanguis feci alvinæ mistus est in Dysenteria; non item in hæmorrhoidalí fluxu, in quo sterlus plerumque figuratum, vel pul-taceum saltem egeritur, & sanguis vel ante, vel post stercoris egestionem excernitur, ita, ut idcirco superficiem tantummodo stercoris semper obsideat.

$\gamma$ . Co-

(a) L. c.

γ. Copia sanguinis hæmorrhoidalis est semper major; quam in egestionibus dysentericis, imo subinde immoda.

δ. Exstillat sanguis hæmorrhoidalis ex ano, quod in dysenteria non observatur. Unica tamen in hacce diagnosi emergit difficultas, dum fluxui hæmorrhoidum complicatur torminosa diarrhoea; tunc enim omnia fere dysenteriae symptomata adsunt, videlicet: sanguis alvinis fecibus liquidis permistus, tormina, crebræ dejectiones, tenesmus, &c. In hujusmodi casu J. JUNCKERUS (*a*) isthoc statuit criterion: „si eliminationem sanguinis „dolorum aleviatio excipit, si denique, quo „plus sanguinis egeritur, eo majori commo- „do æger fruitur, tunc non dysentericum; „sed potius hæmorrhoidalem fluxum... con- „cludimus, in dysenterica enim dejectione si „sanguis purus, & quidem majori in quanti- „tate ejicitur, plerumque summæ imminent „angustiæ, quæ brevi nonnunquam tempore „decumbentem cogunt, ut vitam cum morte „commutet.“ Reliquas differentias, quas insuper Author enumerat; nempe dysenteriae contagium, autumnale tempus, hæmorrhoidumque reveriones, tanti non esse, duo mox adducendi casus a G. E. STAHLIO obser- vati, abunde docebunt; horum in uno (*b*) „vir

(*a*) Diff. cit. I. c. p. 12.

(*b*) Diff. de dysenteria (4. Halæ 1706. Resp. I. n. HEILERSIEG) Cap. 3. p. 13. sqq.

„vir juvenis 30 annos non multum excedens,  
 „satis procerus, sanguinei, leviter cholericu  
 „habitus, a longo tempore, otio & vino  
 „Turingico fortiori plus, quam aliis rebus  
 „indulgens, hæmorrhoides, ad quas hæredi  
 „taria dispositione ferebatur, jam aliquoties  
 „expertus, nunquam tamen sine tali sympto  
 „matum syndrome, quæ dysenteriaæ cruentæ  
 „non modo suspicionem facere videretur;  
 „sed plus semel etiam, primis præcipue vici  
 „bus, persuasionem; corripiebatur nempe lu  
 „bricitate alvi cum appetitus labefactatione,  
 „& mox prostratione neque tardiore virium  
 „lapsu, torminibus autem repentina impe  
 „tu ferocientibus: emicabat non solum fre  
 „quens excernendi conatus, sed etiam ali  
 „qualis mucidæ inprimis talis substantiæ suc  
 „cessus; donec tandem etiam cruenta consi  
 „stentia succederet, sensim demum sinceriore  
 „etiam sanguine subsequente. Tenesmus sub  
 „toto hoc pathemate ingens urgebat, & per  
 „tinax. Breviter: nulla a vera dysenteria di  
 „versitas; quam quod sanguinis liberior suc  
 „cessus pathemata sensim mitigaret, ipse etiam  
 „sincerior succederet, & inter omnia reliqua  
 „pathemata mitescendo recendentia ipse ag  
 „men clauderet, & apparere postremus cessa  
 „ret. Placet affectum hujus generis recense  
 „re etiam a medicis pro dysenteria habitum.  
 „Vir juvenis 26. annorum, cholericu - melan  
 „cholici habitus, plethoricus, Væ. Snibus.  
 „semestribus assuetus, proximo vero autum  
 „no iis non usus Decembri mense frigida ad  
 „mo-

„modum tempestate toto pomeridiano tem-  
 „pore in laboratorio spatiose, eoque ipso ad-  
 „modum frigido inter aliquot numero diver-  
 „sas operationes occupatus, quarum una erat  
 „præparatio clyssi ♂ii ♀satii, & fusiones re-  
 „gulorum martialis, atque jovialis. Superi-  
 „ore quidem corpore ad sudorem calebat;  
 „cruribus autem, & pedibus percellebatur a  
 „frigore pavimenti lapidei: rectissime interim  
 „habebat, alacris totus, atque vegetus erat.  
 „Cum clyssus ille in aliqua copia parandus  
 „intra pauciores hasce horas absolvendus es-  
 „set, vasorum juncturæ etiam laxæ, atque  
 „dehiscentes multum vaporis efflarent, cu-  
 „jus nauseabundo, fuliginoso nidore peculi-  
 „are fastidium sentiret; absoluto circa horam  
 „6. vespertinam toto laborum penso optime  
 „adhuc habens, in conclave calidum rediens  
 „corripitur paulo post insolitis sibi tormini-  
 „bus alvi acutis, quæ mox in dejiciendi co-  
 „natum procedunt: dejicit etiam liquida non  
 „aliter; ac si purgante usus fuisset. Rever-  
 „titur ad cœnam, quam cum bono appetitu  
 „assumit, recurrentibus interim subinde acri-  
 „oribus quibusdam morsibus torminosis sta-  
 „tim post cœnam, quæ vix  $\frac{1}{2}$  horam exceſſe-  
 „rat, corripitur iterum dejectione non aliter;  
 „quam à purgante assumpto, quantitate, &  
 „qualitate expurgatoria. Increbescunt tor-  
 „mina cum intercurrentibus 3ta & 4ta vice  
 „liquidis ejusmodi dejectionibus. Ante 9nam  
 „vespertinam persentiscit inde sensim insoli-  
 „tam quandam fatigationem, cuius æque, at-  
 „que

„que continuantium mortuum terminosorum  
 „intuitu maturius cubitum ire fuscipit. Cum  
 „vero in cubiculo frigido dormiret, neque lec-  
 „tum concalefacere cordi habuisset, simul at-  
 „que in hunc ita frigidum recumbit, corri-  
 „pitur statim fortissimo horore vere febrili,  
 „mordentibus interim propemodum absque  
 „cessatione acribus torminibus. Post  $\frac{1}{2}$  vero  
 „horam durantis ita jugiter horroris vomitu  
 „corripitur, sed uno, et simpliciter eorum,  
 „quae in cena assumferat, dejiciendi vero  
 „conatus non ita multo post revertitur ita  
 „importunus, ut etiam sub ipso horrore sur-  
 „gendum esset. Cum tandem sensim cessaret  
 „horror, atque frigus, succedit aestus, non  
 „quidem fervidus, neque tamen exiguus.  
 „Tormina saepe recurrentia, & in dejectiones  
 „non solum torminosa; sed etiam tenesmo-  
 „des connitentia, non tantum per vigilem fa-  
 „ciunt noctem, sed pluribus etiam fluxibus  
 „laboriosam. Laboraverat patiens in pueri-  
 „tia, & prima adolescentia tribus diversis  
 „viciibus dysenteria vera, neque amiserat ejus  
 „rei recordationem satis exquisitam. Judica-  
 „bat tam e reliquo torminoso; quam inpri-  
 „mis tenesimode sensu, quod excretio sine  
 „dubio jam dum cruenta prodeat; quod ta-  
 „men candela nondum satis dilucescebat, diei  
 „vero subsequens lumen satis manifestabat.  
 „Continuabat haec dejectio cum febre conti-  
 „nua, leniore tamen, ita in 8 dies, ea ta-  
 „men sub differentia, ut & fluxus, & tormi-  
 „na rarius potius; quam frequentius proce-  
 „, de-

„derent, non solum in singulos dies, sed  
 „etiam omnino mox a uno die, seu potius  
 „nocte illa ita misere anxia, & laboriosa.  
 „Tandem cum adstringentibus manifestioribus  
 „potius asperior semper; quam illo modo  
 „mitior evaderet, tam fluxus; quam prae-  
 „pue dolor, & conatus, lenioribus obsecu-  
 „tus est uterque. Differentia a dysenteria  
 „reliqua praeter modo dictam circumstantiam  
 „decrementi mox a primo impetu magis, ma-  
 „gisque sensibilis apparebat, etiam in eo,  
 „quod nihil neque spumidum, neque ita ul-  
 „cerosæ similitudinis compareret, ut in dysen-  
 „teria ordinarie sit; contagiosæ vero disposi-  
 „tionis ne vestigium quidem comparebat, aut  
 „ulla justa suspicio. Cathartico-hæmorrhoi-  
 „dalem hanc fuisse excretionem non est dubi-  
 „um; catharticam quidem a copiose per re-  
 „spirationem hausto illo vapore fuliginoso  
 „Clyssi ♀ sati, quem nempe alias in liquorem  
 „densatum notum est laxativæ in o catharticæ  
 „efficaciæ esse (in primis si non æque &  
 „vini, quam aquosiore menstruo excipiatur.)  
 „Qualem autem, & quam penetrantem efficaciam  
 „habent cathartica magis immediate in  
 „massam humorum immissa, chirurgia infu-  
 „storia docet.“ Similia etiam R. A BEHRENS  
 „(a) observavit, & quidem quo tempore dy-  
 „sen-

(a) Annal. Vratisl. Tent. 24. A. 1723. Jun. d. 4.  
 art. 13. p. 685.

senteria epidemice est grassata. A. 1721. vir quidam placidissimo hæmorrhoidum fluxu cum diarrhœa laborans, seque dysentericum esseratus, Auctoris opera sine remediis convalluit. A. 1723. Majo mense consuluit eundem studiosus 18. annorum, patre hæmorrhoidalario progenitus, semper vehementi tussi, cum palpitationibus cordis, ac symptomatibus hypochondriacis, quæ usu temperantium nitroforum, & balsamicorum lenita sensim, ex rotto abierunt. Rediit mense Junio, referens se ab uberiori cerasorum esu, haustoque de super lactis juscule incidisse in diarrhœam, quæ brevi in dysenteriam degeneraverit cum crebris, utut non assiduis torminibus, perpetuoque tenesmo; fecem esse liquidam, & sanguine remixtam; sub qua tamen affectione prioris morbi reliquæ evanuerint, vigente etiamnum appetentia, viribusque secundum naturam. Ante aliquot annos gravi perinde dysenteria se laborasse. Pensatis autem hæreditaria dispositione, ac symptomatibus hypochondriacis a superveniente fluxu sublatis, viribusque & appetentia integris &c. fluxus pro hæmorrhoidalii cum diarrhœa complicato habendus fuit. Data igitur dosi pilul. BECCHERT desit diarrhœa pergente hæmorrhoidum fluxu aliquamdiu non sine ægri euphoria, qui demum etiam placidissime desit. Atque ex hactenus quidem allatis casibus criterium ab JUNCKERO datum verissimum esse intellegitur; sed qua ratione illud ad H. SME-

TII

TII (a) observationem aptabis? „Homo sexagenarius, solitus aliquando hæmorrhoides pati, ex longo itinere, vietque intemperanti in diarrhoeam incidit a Kal. Octobris usque ad CHRISTI natalitia continuantem, qua per remedium suppressa circa umbilicum tormenta, anique lancinationes cum excretiōnibus rarīs fecutae sunt: quam ob rem accessisti Brema medici consilio usus dubia valetudine in quadragesimam usque se habuit. Recruduit deinde diarrhoea, copiosamque sanguinis excretionem attrahebat. Ad hoc symptoma vocatus . . . Hannoverensium medicus circa finem Martii deprehendit excrementa alvi rotunda, dura, cruore since, multoque superacente, scybalis autem disruptis nihil cruenti intus admistum latuisse; nonnunquam tamen liquidis fecibus, cruentem undiquaque exāete permistum; pati aegrūm in os sacro ad anum usque, ac taurum, imo per penis longitudinem usque ad glandem, dolores vehementes, non continuos quidem, sed ad singulas defissiones, quae frequentissimae erant, exacerbantes; excrementa tamen fere pauca, rotunda, & dura fuisse. Adhibitis tandem . . . remediis diarrhoeam, cruentamque excretionem mitius habuisse, lancinationes interim circa taurum, anum, & os sacrum nihilo remisſe

---

(a) L. c. Lib. 5. Epist. 10. p. 253.

„fuisse: assiduam desideriū cupiditatem urgere,  
 „ad cuius conatum excrementum sequi cum  
 „modico, crassoque crurore. Nuper admodum  
 „infuso clysmate post 40. & plura excreta  
 „scybala, dolorem tamen permaassisse. Se-  
 „quente inde excretione liquidiore cruciatum  
 „multo; quam ante acerbiorem factum; pro-  
 „pendisse autem ex ano quiddam; quod ex-  
 „tractum lumbrici instar 18 pollicum longi-  
 „tudinem æquabat, idque siccum, durumque,  
 „sed in nodulo, quem ad finem habebat, ex-  
 „crementum inclusum: manere nihilominus  
 „cruciatus ossis sacri, ani, penis sibi pror-  
 „sus similes.“ Hacce in historia licet cruen-  
 tæ, ac liquidæ egestiones nihil attulerint le-  
 vaminis contra JUNCKERI criterion; reliqua  
 tamen morbi adjuncta aperte docent, illum  
 fuisse fluxum hæmorrhoidalem cum diarrhoea  
 per vices recurrente complicatum.

2. *Hepaticus fluxus* potro cum hodie  
 unanimi sententia pro ipso hæmorrhoidalí flu-  
 xu habeatur, nisi quod humor excretus lo-  
 turam carnium (i. e. sanguinem copioso se-  
 ro dilutum) referat, qualis in duobus erat fra-  
 tribus OVELGÜNII ( $\alpha$ ) hæmorrhoidariis: satis  
 liquet, nihil in isthac diagnosi esse, quod nos  
 magnopere moretur. Haud secius

3. *Fl.*

( $\alpha$ ) Vide §. 135.

N

3. *Fistulæ ani* in fluxu ab hæmorrhoidali dignoscendo haud aliis opus est indiciis; quam, quæ ex fistulæ ani doctrina petuntur.

4. *Ingesta* quoque fecem alvi cum compactam, tum liquidam interdum tingunt, sive fluxum hæmorrhoidalem mentiri solent; sed cognita ingestorum indole, & absentibus ceteris hæmorrhoidum adjunctis error facile detegitur; cuiusmodi rubella scybala ab assumto sanguine hircino in juvenc vident *H. DELIUS.* (a)

b) *Lithiasis* etiam sè penumero molimina hæmorrhoidalia mentiri consuevit, atque tunc diagnosis non semper est usque adeo expedita, præsertim ob insignem hæmorrhoidum cum calculoso morbo consensum, quem *M. ALBERTI* (b) erudita dissertatione edita descripsit; verum tamen calculorum, fabulive excretio, ac symptomata hic alia solennia, nec non prægressæ causæ, & eorum porro absentia, quæ ad hæmorrhoidalem morbum concurrere solent, lucem in diagnosi condenda accendent. Longe vero difficilior est diagnosis, ubi utrumque malum, non satis tamen fœse prodens complicatur, ut in *P. ZOLDI*

---

(a) Amœnit. med. dec. 3. Caf. 7. Nro. 1. p. 217.

(b) Diff. de consensu calculi cum hæmorrhoidib. externis.

GOLDI sutori adesse credebatur, ni medici sagacia adsuisset. Omnia vero longe difficilima est diagnosis calculos inter, qui in seminalibus vesiculis delitescunt, ac molimina hæmorrhoidalia; quippe quæ duo mala iisdem pene symptomatibus fere prodant. Memorabilem id genus observationem J. A. HEMMANN literis prodidit: vir 40 annorum genio semper indulgens, ac novissimo vel maxime tempore & frumenti abusus incidit sine ullis prægressis symptomatibus in mucosam quandam gonorrhœam ad omnia antivenerea rebellem, nec ulla tenetum sive sub mictu, sive sub errectione penis dolorificam: donec demum supervenire vehementes dorsi, & abdominis dolores cum tenesmo, ac dysuria, lotio maximam temporis partem guttatum tantum procedente. Colicus dolor subinde tam erat vehemens, ut omnia cultro percendi viserentur. Interdum tenesmus, & stranguria omni momento urgebant; alias anus, & vesicæ collum usque adeo constricta erant, ut nec alvus, nec urina excerni possent; sed lotium ægerime catheteri elici quiret, non sine summo cruciatu. Penis insuper assiduo erigebatur: gonorrhœa quandoque per hebdomadas etiam disparens iterum deinceps revertebatur; donec aliquot ante obitum hebdomadis rursus ex integro desisset. Cum Stilus & Catheter in vesicam inditi nullum detegent cálculum, affectio pro complicatis hæmorrhoidum symptomatibus & gonorrhœa pro mucosis vesicæ hæmorrhoidibus habebari

tur. Frustra tamen fuere efficacissima quæque remedia; nihil opis tulere hirudines; plurimum vero, at brevi levamine, juvabante semicupia, & enemata mollia: ad atroces colicas mitigandas opio sæpius opus fuit. Assidui sic dolores cum pævigilio demum lentam febrem attulere, quæ morbum annum morte finivit. In cadavere intestinum rectum & vesica nihil prorsus vitii exhibuere; sed vesiculæ seminales exiguae, & contractæ erant apertæque vifebantur massa alba, lapidea, rudi, crassoque fabulo simili refertæ, quo exempto aerem per cannulam immisso nulla-tenus in urethram usque transmittebant, id que ob excretorios ductus prorsus concretos (quod urethra dissecta docuit) nullis licet reperitis prægressi ulceris vestigiis, præsertim cum prostata excretorii ductus; perinde circa verum montanum hiantes, pævii omnino reperirentur. Omnia itaque symptomata hæmorrhoidibus familiaria produxit vesicularum seminalium a massa contenta irritatio, nervis partium vicinarum communicata. Mucus ex urethra profluens ex ejusdem glandulis (aut potius forte prostatis) ortum habuit ob consensum. Sed hujus profapiæ casus diagnosis morbi hæmorrhoidalis implicantes tam rari sunt, ut nec Secularia quæque tempora eos afferant, & dum obveniunt etiam, non ita per omnia hæmorrhoidalii morbo sunt similes, ut nec dubio cuiquam locum relinquerent; multa sane in postremo hoc casu & adiuere

ab

ab hæmorrhoidibus aliena, & adfuere iisdem  
fœcunia.

C. *Tumores alii ani, præsertim vero*

1. *Inflammatio*, quæ plerumque eadem  
cum hæmorrhoidibus furentibus producit  
symptomata adeo, ut ægerrime duo hi mor-  
bi discerni queant, & vero qua in re de-  
mum dixeris esse usque adeo diversos? Un-  
de etiam SWIETENIUS (a) non multum hic  
de diagnosi laborandum esse agnoscit; siqui-  
dem utriusque huic malo eadem adhibetur  
medela.

2. *Hæmorrhoides spuriæ*, ut condilo-  
mata, ficus, &c. a cœcis hæmorrhoidibus sat  
facile discernuntur, namque L. HEISTERO (b)  
notante „medici . . . hæmorrhoides cæcas  
„. . . rectissime . . . per tactum, & colo-  
„rem a ceteris ani tuberculis discernunt; nam-  
„que hæmorrhoides cæcae sanguine, eoque  
„ut plurimum crasso hic stagnante livent; aut  
„nigricant, depressoque digito vesiculae li-  
„quore replete sensum aliquem præbent;  
„quod aliter sese habere in veris tuberculis  
„ac fungis, sive condylomatibus manifestum  
„est.“ Utique cum ista tubercula duriora  
sint

(a) L. e.

(b) Institut. Chirurg. P. 2. S. 5. C. 167. S. 1.  
p. m. 1050.

sint pallida, vel rubella, nec satis dolentia, figuramque pressione digiti non mutent; hæmorrhoides vero cæcæ sacculi sint lividi, dígitoque compressiles, nisi inflammatio, vel sanguis nimis coactus, crassæque tunicæ eos duriores ad tactum præstent. Probe tamen animadvertisendum est, num non hæmorrhoides cæcæ mentiantur cristaſtas, aliave sarcomata, in quæ illæ aliquando abeunt; (a) quod præfertim noscitur, si præcesserunt li-vidæ varices, compressiles, quæ longo de-mum tempore in spuriarum habitum abierunt, ac majore inspiratione facta plus inflantur, plusque vel rubere, vel livere ita inflatae obseruantur.

d) *Syphilis* denique etiam ab hæmorrhoidum ſymptomatibus rite eſt discernenda, cujus illæ tria vel maxime phænomena æmu-lentur.

1. *Sarcomata ani*, de quibus paulo ante actum eſt; porro.

2. *Bubones inguinales*, quorum etiam alias (b) jam injecta eſt mentio. Denique.

3. *Gonorrhæa*, dum mucosæ hæmorrhoides ex urethra procedunt, ejusmodi ca-sum

---

(a) Vide ſ. 6. B. Nro. 1.

(b) Vide ſ. 47. c)

sum refert R. I. FORTIS (*a*) de antistite sanguineo - cholericō annum 46. agente , diu  
 jam flatibus ructibusque , præsertim a pastū  
 cum levamine crumpentibus obnoxio , ac pau-  
 cis abhinc annis , ex quo cioccolatam ztio.  
 quoque die summere cœpit , ter fævissima  
 tormina , ingentesque lævi hypochondrii do-  
 lores perpeſſo , quos calor circa caput , fa-  
 ciemque , ac molestissimus earundem partium  
 pruritus pronunciare solebat . In ani venis  
 tantus tumor aderat , ut nisi fascia occurſum  
 fuisset , suo pondere laxatum sphincterem  
 extra anum traheret , ac licet ſub quavis fe-  
 cum egestione ſanguinis etiam guttulae decide-  
 rent , immāni tamen interdum dolore loca hæc  
 lacinabantur , ne ſanguine quidem , haud  
 parce tunc ex iis effluente , ſedando . His  
 quandoque tam importunus accedebat  
 circa pudenda pruritus , ut æger illa usque  
 ad excoriationem ſcapere fit coactus . Olim  
 vero occaſione laboriosi itineris gonorrhæa  
 quædam oborta eſt ; quæ poſtmodo ſponte  
 quidem iterum deſit , verum iterum ſine  
 maniſta cauſa rediit , ac ſponte denuo ſub-  
 ſtitit . Intra tres ultimos annos ter syncope  
 ad  $\frac{1}{2}$  horam æger correptus cum motibus epi-  
 lepticiſ . Vexabat etiam ſubinde cephalal-  
 gia . & melancholia hypochondriaca . Ex  
 his omnibus abunde liquet gonorrhæam illam  
 bis ſponte obortam , ac toties ſponte iterum  
 evani-

---

(a) L. c. 3 Tom. 3. Cent, 2. Conſil, 86. p. 256.

evanidam hæmorrhoidalis, non venereæ fuisse indolis, & quod de hac; idem de sarcomatibus ani, ac inguinum bubonibus tenendum est, videlicet: singula hæc symptomata hæmorrhoidibusne, an syphilitidi debeantur, docebunt nos & causæ alterutrius hujus morbi prægressæ, & symptomata unius illorum præsentia, alterius absentia, nisi forte ambo hi morbi eodem tempore simul adfuerint: Verum & tunc juvantia nocentiaque, nec non sarcomatum, aut bubonum, aut gonorrhœæ diversus a syphilitica indole habitus nos a vero aberrare non facile patientur. Pulchre in hoc argumento veritatus est I. G. BRENDELIUS. (a)

c) *Cancer*, intestini recti aliquando cum internis hæmorrhoidibus ulcerosis haud parum alit similitudinis facileque duo hæc mala a non satis in arte exultis confundi inter se possunt. Cum enim in cancro atrox dolor, ulcus scirrhosum, tumens, malignum, ichor foetidissimus, & hæmorrhagiæ subinde vix cohibendæ observentur, & hæmorrhoides internæ diu ulcerosæ quandoque non multum abludentibus stipentur symptomatis: facile utique evenire potest, ut unum horum

pro

---

(a) De hæmorrhoidibus interceptis morbos vendorum aphrodisiacos simulantibus (in opusc. medici argumenti P. 2. Diff. 4. p. 73. sqq.) 4to. Götting. 1744. Resp. G. C. WOLFFI.

pro altero habeatur: id quod accidisse narrat DE LA METTRIE: (*a*) robustus ruricola multum sanguinis ano egescit. Chirurgi se carcinomatosum in recto tumorem tetigisse afferentes hæmorrhagiam inde provenire concluserant. Factis ergo V. S. injectis vulnerariis, & stipticis enematibus deterfivis, datis sudoriferis, non neglecta ipsa  $\nabla$ a  $\ddagger$ , æger nihilominus intra paucos dies obiit. In cadavere pro tumore nil nisi vas hæmorrhoidale in anum paulo interius hians repertum est. Hæmorrhagia ergo stipticis facile cohiberi potuisset, si chirurgi satis dexteritatis ad vas hæmorrhoidale hians detegendum possedissent.

## CAPUT VIII.

### PROGNOSIS.

#### §. LII.

**D**URATIO hujus morbi solet esse, si paucos quosdam demseris casus, perquam diuturna præprimis regularis hæmorrhoidum fluxus, quem GOETZII (*a*) sartor a prima pueritia ad proiectam usque ætatem est perpetuus, ac molimina hæmorrhoidalia, quæ STORCHI (*b*) se-

---

(*a*) Observ. de Medecine pratique Nro. II. p. 56.

(b) senem 20. annis affixerunt. Multo plures huc facientes casus passim per decursum hujus operis est reperire; Unde & HIPPOCRATES (c) hæmorrhoidas morbis chronicis accensuit.

### §. LIII.

EFFECTUS autem ex hac ægritudine pululantes pro vario ejus statu sunt omnino multifarii, & quidem

i. *Molimum hæmorrhoidalium*, nisi brevi vel discutiantur, vel oborto fluxu conquiescant, in tanta sæpe functionum læsione consistunt, ut non raro mortem accersant, vel vitam reddant morte ipsa graviorem, præsertim adhibita prava, per sanguinem exagitantia, nervosve laceffentia; medendi methodo. Interdum vero etiam tam rebellis est illarum status, nulla ut arte aut discuti citra fluxum, aut ad fluxum perduci queant, velut in arthritico ALBERTI (d) viro, atque in ejusdem (e) „juniori illustris stemmatis femina a patre podagrico - ne „phriticogenita, & matre hæmorrhoidaria nata, in qua juniori persona nunquam hæ-

„morr-

(a) Vide §. 82.

(b) Vide §. 111. a.

(c) De morbis Libr. i. p. m. 447.

(d) Vide §. 114. Nro. 3.

(e) Diff. de hæmorrhoidib. junior. §. 7. p. 25.

„morrhoides ad eruptionem pervenerunt,  
 „sed in tali molesto conatu excretorio sub-  
 „stiterunt, & cum colicis, hystericis, hypo-  
 „chondriacis, arthriticis, rheumaticis, vo-  
 „mibundis, cardialgicis, syncopticis, &c.  
 „afflictionibus alternarunt.“ Quam funestus  
 autem diuturnorum id genus molimum sit  
 aliquando exitus, docet Casus ab I. G. ER-  
 NESTI (a) descriptus. Vir sensibilioris ha-  
 bitus, ad iram proclivis admodum, largis-  
 que sudoribus nocturnis; proficiens tamen ob-  
 noxius, semel tantummodo hæmorrhoides  
 nactus deinceps vero sola illarum molimina  
 perpeti solitus, Februario mense 1724. ex  
 perfrigeratione, vel animi perturbatione pre-  
 henditur asthmate spasmatico. Pediluvia,  
 frictiones, lotionesque thoracis <sup>V</sup>campho-  
 rato, &  $\ddot{\text{E}}$ s e spermate ceti, rad. pimpin.  
 albæ, succino albo,  $\ddot{\text{O}}$ io diaph. nitro. ac cin-  
 nabar. Hung. levamen attulere, & cum alvus  
 obstructa enematibus parum obediret, MRA.  
 ex liqu.  $\nabla$ x. fol.  $\square$ ri, ac pilulis STAHLII  
 3. quaque hora ad gtt. 50 data malum pror-  
 fus abegit. At Martio mense, cessantibus  
 nocturnis illis sudoribus ingruit spasticus pe-  
 dum dolor, & Asthma pristinum sèpius re-  
 cursans, ad quod tollendum, sudoresque  
 revo-

---

(a) Annal. Vratisl. Tent. 27. A. 1724. Febr. d.  
 2. art. 3. §. 3. p. 157. & Mart. d. 2. art. 3.  
 §. 5. p. 271. Tum. Tent. 28. A. 1724. April. d.  
 2. art. 3. §. 6. p. 394.

revocando data antispasmodico - diapnoica,  
 ac temperantia, adnoti sacculi discutientes  
 V camphorato irrorati, enemata, & pedilu-  
 via, sectaque extra insultum in pede vena.  
 Inde quidem asthma remittere visum, at sine  
 constantia; sudor autem, data licet mane  
 essentia alexiph. ex infuso theæ, nonnisi  
 interdum isque parcissimus prolectus: æger  
 calidos cibos, maxime carnes, aversatus,  
 os assiduo viscida saliva refertum habens,  
 omnique mane vomens, in dies magis lan-  
 quebat, vaga sese in manibus, pedibusque  
 exferente intumescentia, & urina intense  
 colorata sine ullo sedimento procedente.  
 Data eccoprotica, abstensivo - temperantia,  
 antispasmodica, diapnoica, &c incassum; imo  
 tumor pedis dextri ad malleolos usque saepius  
 revertebatur, & cum matutina vomititione  
 jam non tam asthma exquisitum; quam  
 dyspnæa superfuit cum debilitate, lotique  
 immunitio; licet ad istud promovendum ex-  
 hiberentur; ḡes antispasmodico - diuretici,  
 & arcanum ḡri cum R̄a ḡii ḡsata. Al-  
 vus plerumque obstructa non raro vel enc-  
 mate, vel pilulis balsam. STAHL. movenda  
 fuit. Cuncta hæc mala ira superveniens ex-  
 asperavit. Cumque hirudines ano admovevi  
 non fineret, toto ita mense degebat. Apri-  
 li mense ad priora mala accessit capitis, &  
 sensuum obnubilatio, memoriae lapsus, ac  
 tumor lævi lateris, costis spuriis, dorsum  
 versus, cum gravativo dolore, atque abdo-  
 minis velut introtracti sensatione. Postmo-  
 do

do venere & vomitus crebris cum dejecti-  
 nibus admodum torminosis; quæ tamen non  
 multo post sponte iterum desiere. Somnus  
 erat parcus, & inquietus; urina haætenuis te-  
 nuis, ac rubella cœpit nunc sedimentum po-  
 nere albidum, & grumosum; uberius proce-  
 dere, & usu ſum ex rad. pimpin. albæ, lapid.  
 ♂. citrat. lumbr. terr. ♂. diaph. nitro ♀.  
 ♂. lato, & cinnab. Porro sub usu ulteriori ef-  
 ſent. alexiph. STAHL. admotoque vertici fac-  
 culo diſcutiente V camphorato irrorato,  
 etiam obnubilatio capitis videbatur cedere;  
 at dyspnæa tumorque sub costis cum sym-  
 ptomatibus ceteris nil minuebantur, de-  
 bilitate crescente. Alvus jam clausa enema  
 poscebat; jam crebrius fluebat cum virium  
 lapsu. Pulsus denique ſic ſatis haætenuis na-  
 turalis cœpit fieri celerior, cum p. n. corpo-  
 ris calore, tufſi ſicca, raucedine ſitique intensio-  
 re, præcordiorum angustiis, & dyspnæa conti-  
 nuo crescentibus, ſomno vero levibus, ac brevi-  
 bus deliriis interpolato. Idcirco uſui effentiæ  
 alexiph. adjuncti ſes nitros. cinnab. antispas-  
 modici, emulſio cum ſem. cardui mariæ, & in-  
 fus. ex rad. Vincetox. cichor. herb. ſcord. ca-  
 pill. veneſ. fl. bellidis, &c at omnia incassum;  
 namque ſupervenientibus lyptothymiis, & ex-  
 tremorum frigore, æger tandem integris ſen-  
 ſibus exſpiravit. Plura ejusdem exitus ex-  
 ampla adduci poſſent, ni vel unum hoc ſu-  
 ficeret. Nullum autem e censu ſymptomati-  
 um tam est formidabile, quam dicta illa co-  
 lica

lica hæmorrhoidalis; quippe quæ, vel sibi  
relicta, vel (quod pejus) calidis remediis la-  
cessita mortem post se trahere sæpenumero  
sit observata. Sic idem ERNESTI (a) memi-  
nit septuagenarii, cui id genus colica in en-  
teritidem ac letalem gangrænam degeneravit.  
G. CLACII (b) aulicus fœnix, at robustus,  
sanusque nisi quod interdum colica hæmorr-  
hoidalí vexaretur, dum instantे vere decoc-  
tum quoddam vinosum & ingredientibus san-  
guinem commoventibus præditum usurpasset,  
noctu a colica cum vehementi singultu exci-  
tur, injectum enema cum levamine non diu-  
turno; namque æger vix horam abhinc in-  
dormiens a pristino corripitur dolore, cum  
extensis hypochoadriis, singultu, ac vomiti-  
bus. Acciti medici bilem (non hæmorrhoi-  
des) pro causa allegantes, dum singultum le-  
nibus anodynus, bilem vero aborbentibus  
& acidulis oppugnant, æger singultiens,  
& orthopnoicus crescente febre inflammatio-  
ria extinguitur, vieturus, si ex consilio Auc-  
toris (quod alii rejecerunt) post acrisculunt  
enema hirudines ano applicatæ interneque  
idonea ad spasmos, stasesque hæmorrhoida-  
les dissipandas exhibita fuissent. Haud secius  
I. I. SCHLIERBACHII (c) vir 40 annorum me-  
lan-

---

(a) Ibid. Tent. 30. A. 1724. Novembr. d. 2.  
art. 3. §. 5. p. 486.

(b) Ibid. Tent. 29. A. 1724. Jul. d. 4. art. 13.  
p. 99.

(c) Acta. nat. cur. Vol. 6. Obs. 6e.

lancholico - sanguineus dorsi, stomachi, ventrisque doloribus hæmorrhoidalibus aliquamdiu detentus, dum eos variis calidis carminativis, sedativisque lacessit, incidit in ascitem cum insigni, & in dies crescente superiorum contabescientia. Tandem ingruit quidem largus hæmorrhoidum fluxus, hydropem aliquatenus minuere visus, at brevi post omnibus in pejus iterum versis homo demum supremum obiit diem. Apud F. HOFFMANNUM (a) quinquagenarius corpore spongiosus, & carnosus, ob assiduos muneric labores vitae sedentariæ deditus ab aliquot jam annis anxiis cardialgicis doloribus, & circa præcordia constrictiōnibus, noctu præsertim, subinde fuerat afflitus, alvique ordinario erat itrictioris, flatulentiis, ac ructibus obnoxius; dolores quoque lumbarem saepius obsidebant regionem, urina cum difficultate, & saepe arenosa procedente. Hinc calculum subesse renalem judicarunt, & varia ad eum proposuerunt amici domestica remedia, inter quae etiam fuit spiritus baccarum juniperi cum earum roob probe subactus, sacharoque edulcoratus. Ab horum vero usu potius ingravescabant symptomata, mox enim triculentis spalmis, & doloribus inflativis circa hypochondria, & abdomen torquebatur, cum partium extremarum frigore, & inquietudine, qui emollientes, & discutiendi facultate pollentes clysteres etiam eludebant.

Tan-

---

(a) Med. rat. syst. T. 4. P. 2. S. 1. C. 4. Obs. 5.

„Tandem accedente cum pulsuum celeritate  
 „internarum partium æstu mitescebant quidem  
 „dolores; remansit tamen inflatum abdomen,  
 „quod nec tactum manus tolerare poterat ob  
 „dolorem. Appetentia cum viribus, persi-  
 „stente per 4. septimanas affectu, concide-  
 „bant. Celebris tum medicus vocatus cau-  
 „sam horum symptomatum hepatis judicans  
 „obstructionem pilulas BECCHER &  $\Psi$ ii dul-  
 „cis aliquot doses præbuit; sed his omnibus  
 „irritis præter omnem expectationem alvi  
 „fluxus, sine torminibus tamen, foetidæ, cor-  
 „ruptæ, & ex atro griseæ materiae erumpiebat,  
 „quem animi intercurrentis defectio cum ex-  
 „trema virium jactura, tandemque mors ex-  
 „cipiebat.“ Duo alia colicæ hæmorrhoida-  
 lis calidis exasperatae exempla, quorum in  
 uno mors consecuta est, idem hic Author (a)  
 commemorat, & apud 1. STORCHIUM (b)  
 quinquagenarius sopitam jam id genus colicam  
 comedo juscuso vino refuscitavit, & ex en-  
 teritide deinde periit. Discat ex his tiro, quam  
 caute cum colicis, aliisque moliminiibus hæ-  
 morrhoidalibus mercandum sit.

II. Cœcarum hæmorrhoidum, ni discu-  
 tiantur, vel ad fluxum perduccantur, effec-  
 tus perinde sunt morbos, ac pro varia sede,  
 & intensitate illarum, etiam varii, quos in-  
 ter præsertim eminent.

2.

(a) Consult. & resp. medic. Cent. 2. Cas. 14. 27.

(b) Obs. clin. ann. 5. Jul. d. 4. p. 174.

2. *Coitus dolorificus* in feminis, queis varices hæmorrhoidales in vaginam protuberant, velut in ALIXII (a) muliere, & cuius meminit w. COCKBURN (b), cui in quovis coitu intolerabilem dolorem passæ post incassum varia binis a medicis adversus uteri cancrum usurpata accitus Auctor, cum nihil in utero virtii per obstetricem detexisset, hæmorrhoides internas esse ratus, quæ dolorem a vagina, immisso viri pene diltenta, varicibusque luc illuc distractis causarent, hæmorrhoidum curam adhibuit eo cum successu, ut simul, ac semel a morbo liberata, virum sine querela deinceps admiserit.

2. *Impotentia motus* præ atrocitatē doloris in hæmorrhoidibus furentibus, ut in GOHLII (c) juvēne, & HEISTERI (d) quadragenario.

3. *Regurgitatio sanguinis* aliorum. Hanc variae causæ producunt, in primis major sanguinis affluentis copia; quam ut omnis ab hæmorrhoidalibus recti valis capi possit, vel animi pathemata v. g. ira, terror, vel stypatica

(a) Vide §. 115. Nro. 2.

(b) Medic. Versuche u. Bemerk. von Edinburgh.

2. B. Nro. 27. p. 395.

(c) Vide §. 47. c)

(d) Vide §. 131. Nro. 7.

tica in usum ducta, &c. Hinc sit, ut sanguis hæmorrhoidalis aliorum compulsus vasa ibi distendendo functiones lœdat. Nunquam sat tironibus inculcari potest sanguinis hæmorrhoidalis ad hujusmodi regurgitationem singularis proclivitas, cuius numerosa exempla passim inter symptomata reperiuntur, ac plura etiam paulo inferius (a) occurunt.

4. *Abortus* a furentibus hæmorrhoidibus ex facili evenit, idque partim a regurgitatione sanguinis in uteri vasa, dum uberiorum ad rectum affluens non omnis ab ejus vasis recipi potest, partim a febre acuta inflammatoria, tunc morbum stipante, gravidis nunquam non periculosa. Multis hac de re differuit M. ALBERTI. (b)

5. *Ruptura vasorum*, hæmorrhoidal sanguine ultra modum infarctorum. Apud G. BAGLIVUM (c) vir melancholico-hypochondriacus ex saevissimis plurium mensium doloribus circa lumbum dextrum, post omnia remedia irrita, repente decessit. In cadavere circiter  $\frac{1}{2}$  libvj sanguinis nigri, foetidi, partim concreti; partim extravasati circa lumbares musculos

(a) Vide §. 55.

(b) Dissertat. de hæmorrhoidib. gravidar. & puerperar. §. 6. p. 23.

(c) De fibra motrice specim. L. I. C. 6. p. m. 304.

Ios, & inter illorum interstitia repertæ sunt. Contra vero (a) caudicis 50 annorum, intemperans, & calculosus, cum oris foetore, veluti vitriolico, nares adstantium manifeste feriente, ab eodem plane dolore jam biennum ex intervallis cruciante, ac plurima claudente remedia, imo crescente, oborto tandem hæmorrhoidalí fluxu saugninis nigri vitriolici foetidissimi ad aliquot libras sub idoneorum remediorum usu convaluit. In priori ergo ægro cum fluxus succedere nequiret, vasā magis, magisque a sanguine influente distenta demum crepueſe. Verum si huic „ægro . . . post dolores supervenisset san- „guinis fluxus per alvum, forsitanus esset“ inquit BAGLIVUS; quamquam ne id quidem semper propere eveniat; id quod F. HOFFMANNI (b) observatione edocemur: „novis „,mus (refert ille) primipilum . . . Gallum, „qui liberalius utens vino adstringente Frana- „cico, quod Pontak vocant, subsistente con- „sueto hæmorrhoidum fluxu, in atrocem do- „lorem dorsi, & cruciatus infra umbilicum „incidit cum febre lenta, purpuracea etiam „latgo sudore, & alvi tam firma constipatio- „ne, ut clystere injecto nihil redderet; sed „tormenta potius augescerent. Secta fuit ve-

## O 2

na

(a) Ibidem p. m. 303.

(b) Med. rat. syst. T. 3. S. 1. C. 7. §. 33. Opp. Tern. 1. p. m. 327. sq.

„na, propinata nitrosa, oleosa demulcentia,  
 „mannata, aliaque plura: demum simul, &  
 „semel aliquot mensuras sanguinis foetidi, &  
 „grumosi per anum ejecit, ipseque lipothymia  
 „correptus diem obiit. Neque alia hujus af-  
 „fectus, & eventus fuit causa, quam quod  
 „farta nimium, & distenta coli, ac recti va-  
 „sa dolorem, & rupta funestum profluvium  
 „intullerint.“

6. *Prolapsus ani de quo HIPPOCRATES*  
*(a) sedes autem procidit (ait) viris quidem,*  
*„quibus ora venarum sanguinem fundunt (hæ-*  
*„morrhoidas vocant), & alvi fluxus corripit;*  
*„pueris quoque calculosis, & in diuturnis,*  
*„ac sinceris intestinorum difficultatibus, seni-*  
*„bus vero, quibus mucosæ quædam concre-*  
*„tiones affixæ sunt.“ Ratio hujus rei non  
 est abstrusa. Plerumque ab internarum hæ-  
 morrhoidum varicibus accidit hic prolapsus;  
 sanguis enim ad vasa interna hæmorrhoidalia  
 uberioris affluens ea distendendo cellulofam,  
 qua intima recti tunica cum vasculosa cohæ-  
 ret, reddit laxiorem, sicque intimæ recti tu-  
 nicae cum vasculosa nexum labefactat: quo  
 facto intima tunica rugosa laxius jam cum  
 vasculosa cohærens facile ano extruditur,  
 præsertim sub vehementi, & assiduo tenesmo.  
 Atque hic ani prolapsus sub quavis alvina  
 ege.*

*(a) Prædiction. Lib. 2. p. 106.*

egestione accidit BIRRLINGII (a) personæ, duobus LEDRANII (b) ægris, tum viro FÜRSTENAUII (c), GERBEZIO (d) ipſi, GOULARDI (e) theologo, MORGAGNI (f) feminæ, OVELGÜNII (g) fratribus, RIVERII (h) insulano, & VLADISLAO IV. Poloniae Regi, ni-  
mum a multis jam annis hæmorrhoidum hæ-  
reditate acceptarum fluxum perpesso, teste A.  
CNOEFFELIO. (i)

7. *Abscessus fistula ani*, si in furenti-  
bus hæmorrhoidibus inflammatio nulla arte  
benigne ſeſe resolvi ſivit, aut diutius neglec-  
ta fuit, aut perperam etiam tractata eſt. Sic  
J. W. BAUMERI (k) „vir 36. annorum mentis  
„pathematibus deditus, polyphagus, hydro-  
„pota, corpus æquitatione multum exercens,  
„plures annos hæmorrhoidibus largiter labo-  
„rabat, in ceteris rechte valens. His, nescio  
„qua cauſa, ſubito suppressis hæmorrhoidum  
„cæca-

(a) Vide §. 19. d)

(b) Vide §. 117. β.

(c) Vide §. 53. II. Nro. 7.

(d) Vide histor. 5.

(e) Vide §. 117. β.

(f) Vide §. 126. a) ι.

(g) Vide §. 135.

(h) Vide §. 126. b) δ.

(i) Misc. nat. cur. dec. I. ann. 6. append. p. i. sqq.

(k) Act. Hassiæ, Vol. I. Nro. 28. §. 21. sqq. p. 187.

„cæcarum inflammatarum, febre symptomatica  
 „stipatarum, adeo vehementer insultu corri-  
 „piebatur, ut tumor inflammatorius durissi-  
 „mus non solum perinæum occuparet; sed ad  
 „scrotum, atque nates fese etiam extenderet.  
 „Ex hoc in principio neglecto apostema in  
 „perinæo natum, atque postea multo labore  
 „iterum curatum fuit.“ LRÜTHNERI (a) quo-  
 que seni furentes hæmorrhoides insignem at-  
 tulerant abscessum, & J. H. FÜRSTENAU (b)  
 „vir generosus (narrat) 50. annorum tempe-  
 „ramenti cholerico-melancholici, cuius diu-  
 „turnam valetudinem sub hæmorrhoidum ve-  
 „sicæ elogio alibi delineavi, thermis Aquis  
 „granensibus anno superiore interne & exter-  
 „ne methodice usurpati notabile quoad di-  
 „ra, quibuscum haetenus conflictatus est,  
 „symptomata: dysuriam nempe, tenesimum,  
 „niectum cruentum, levamen expertus est, ita  
 „tamen; ut nifus quidam spasmodicus ves-  
 „cam versus in ipso pastu & assuerto vix uno,  
 „alteroque cochleari, aut cyatho primo vini  
 „aut cerevisiæ, calido; an frigido perinde est,  
 „vix deglutito aliquamdiu notatus, nondum  
 „prorsus remitteret. Circa æquinoctium au-  
 „tumnale anni proxime elapsi V. Sem. haete-  
 „nus in pede administratam in brachio cele-  
 „brari curavit. Mensibus Februario & Mar-  
 „tio

(a) Vide §. 96. e)

(b) Act. nat. cur. Vol. 6. Obs. 4.

„tio anni præteriti hæmorrhoides, quarum  
 „haec tenus non nisi molimina, cæcas quippe,  
 „albasque, pluries expertus est, nunc primum  
 „apertas, & per plusculos dies ex ordine flu-  
 „entes cum insigni symptomatum fere omnium,  
 „nondum plane cessantim, sed subinde repul-  
 „lulantium levamine vidit. Circa æquinoctium  
 „vernus Væ. Sem. iterum in brachio admisit,  
 „& mensibus Aprili, Majo, Junioque medio-  
 „criter degit, medicamentorum certe usu im-  
 „pune caruit. Mense Julio autem incommo-  
 „da quædam in abdomine, & intestino recto  
 „persentiscens clysterem domesticum, ex aqua,  
 „laete, furfuribusque triticis, addito pauco  
 „sale, & raparum oleo, admisit; sed chirur-  
 „gus in applicatione ejus obstaculum quod-  
 „dam offendens vix  $\frac{1}{2}$  clysmatis partem injec-  
 „cit, qua brevi iterum excreta notabilis simul  
 „sanguinis sinceri copia profusa fuit. Repe-  
 „titus postridie clysteris usus non parum equi-  
 „dem materiæ fœculentæ, & saniosæ eduxit;  
 „sed tertio iterum die applicatus aliquamdiu  
 „intus substitit, & horripilationem ægroto in-  
 „duxit, cum æstu, anxietate præcordiali al-  
 „ternantem. Adfuit simul perpetnus ad vo-  
 „mendum, egerendumque conatus, quin &  
 „alvus, præter voluntatem contenta, acce-  
 „dente, vel levissimo stimulo reddidit, & in  
 „natibus perpetuus mador, facta brevi post  
 „oculari inspectione, una cum rubore inflam-  
 „matorio, & vesiculis sero acri plenis, iti-  
 „demque madidis observabatur, quarum una  
 „facta, mediante specillo, exploratione in  
 „ulcus

„ulcus sat's profundum, & sinuosum termi-  
 „nata est, metumque fistulæ ani fecit; quia  
 „tamen repetito, eoque sollicite instituto  
 „examine, manu stiloque chirurgi facto, &  
 „nulla cum intestino recto connexione reper-  
 „ta, ipsoque ulceræ ad consolidationem pro-  
 „perante, brevi evanuit. Intestinum vero  
 „rectum digito chirurgi tactum haud exiguum  
 „quantitatem materiæ purulentæ profudit;  
 „quin & concrementa carnea, & membrana-  
 „cea in notabili copia, cum & sine fecibus  
 „alvinis prodierunt. Cumque omnia in vado  
 „esse viderentur, prolapsus ani usque per-  
 „severans, & hæmorrhoides coecæ in orificio  
 „ani paulisper inverso, denso agmine propul-  
 „lulantes, inflammatae, hinc exulceratae, a  
 „dysuria denuo molesta, multum in meden-  
 „do negotii facessiverunt; quæ tamen om-  
 „nia lege artis, & topicis magis blandis ex  
 „unq. de linar. addito sacharo, ḥni. &  
 „camphoræ momento, itemque ol. ovor.  
 „mel. rosar. injectionibus ex decoct. scord.  
 „millefol. c. elix. p. p. &c. quam acriori-  
 „bus, quæ urgebat chirurgus, v. g. unq.  
 „ægypt. fusco FEL. w. & non sine noxa vix  
 „tentatis, tractata, & ut par est, mundifica-  
 „ta pristinam sanitatem ægro brevi promit-  
 „tere videntur, febre præsertim lenta, siti  
 „ciborum fastidio, vigiliis, aliisque sympto-  
 „matibus hæctenus molestis, convenientium  
 „usu remediorum fere in totum sublatiſſimū.  
 Perin-

Perinde c. F. KALTSCHMIEDI (a) vir. 44 annorum, cholericus, gracilisque corripitur dolore ani intra 24 horas atroci facto cum levi quidem, at dolorifico tumore, pulsu celeri, duroque, æstu intenso, ac pertinaci alvi obstructione. Post varia domestica quatriduo adhibita erupit per urethram puris  $\text{H}\ddot{\text{o}}$ : unde dolor imminutus quidem; sed per vices ac singulis fere quadrantibus horæ exacerbabatur dolorifico ad mictum nisu, quo præter puris aliquot guttas, parum lotii excernebatur. Porro sub assiduo tenesmo interdum aliquot guttæ sanguinis egerebantur. Ex his liquet, inflammationem recti vesicæ etiam fuisse communicatam, collectumque inde pus in vesicam e vomica rupta devenisse. Fistulas porro ani ex haemorrhoidibus natas præter eas, quas BIERLINGIUS, (b) HÜNNERWOLFFIUS (c) ac RIEDLINUS (d) dederunt, insuper etiam apud CHESNAU, (e) CUMMENNUM, (f) A. FACKHIUM (g) GOHLIUM

- 
- (a) Diff. sistens casum de haemorrhoidibus cœcis in ulcus. vesicæ urinariæ mutatis. 4to. Jenæ 1757. Resp. G. C. HERRMANN,
- (b) Vide §. 26. b) β.
- (c) Vide §. 117. β.
- (d) Vide sequ. III. A. Nro. 2, I)
- (e) Obs. med. L. 3. C. 11. Obs. 1, p. m. 345.
- (f) Mis. nat. cur. dec. 1. ann. 3. Obs. 184.
- (g) Ibid. cent. 5. Obs. 79.

UM, (a) HEISTERUM (b) HILDANUM (c) HOFF-  
MANNUM, (d) HOYERUM (e) JOERDENS (f)  
KALTSCHMIEDIUM, (g) LENTILIUM, (h)  
STORCHIUM, (i) RONCALLIUM. (k) I.  
LUZARCHE, (l) innumerosque alios reperire est.

8. *Gangrœna sphacelus*, quæ ex ve-  
hementi inflammatione, vel neglecta, vel per-  
peram tractata, vel nullis idoneis remediis  
aut resolvenda, aut saltem ad suppurationem  
producenda oriri solent. Expertus id fuit  
1. B. LAMZWEERDI apud 1. SCULPTETUM  
(β) Anglus, qui diutino hæmorrhoidum do-  
lore emaciatus demum a muliercularum reme-  
diis febri correptus est cum ani inflammatione  
in gangrænam sphæteris abeunte; hac tamen  
percurata sphæter maxima sui parte absolu-  
tus ita denuo regenerabatur, ut æger abhinc  
ite-

- 
- (a) L. c. dec. 1. vol. 4. sect. 6. p. 102.  
 (b) Med. chirurg. und anat. Wahrnehm. 2. B.  
 Nro. 422.  
 (c) Obs. & curat. med. chir. Cent. 2. Obs. 75.  
 (d) Conf. & Resp. med. Cent. 2. Cas. 23.  
 (e) Act. nat. cur. vol. 3. obs. 17.  
 (f) Ibid. Vol. 7. Obs. 106.  
 (g) Diff. cit.  
 (h) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 5. append. p. 126.  
 (i) Prax. casual. med. Tom. 1. cl. 4. p. 177.  
 (k) Histor. morbor. 46. p. 214.  
 (l) VANDERM. Journ. de medec. T. 1. p. m. 374.  
 (β) L. c. append. 1. Obs. 49. p. m. 629.

iterum sanorum more alvum egesserit. Idem etiam accidit compluribus ægris apud I: A. BRAMBILLA, (a) uni ZACUTI (b) BLEGNYII (c) viduæ ac HENNINGII (d) mulieri. Sæpius, quam crederetur, talia eveniunt, dum medici ad hæmorrhoides furentes, autopsia neglecta, quid pro quo præscribunt, id quod F. AB. AQUAPENDENTE (e) narrat „accidisse „cuidam medico non obscuri nominis, qui „curans ægrotantem febre, cœperunt hæmorrhoides dolere, medicus autem oleo rosaceo „inungi jussit, neque locum affectum unquam „perspexit. Tandem post aliquot dies me „dicus me duxit ad ægrotantem, ego autem „statim locum affectum . . . conspiciens in „veni ex omni parte multo antea ipsum fuis „se gangræna affectum . . . & nonnihil in super „ficie sphacelo, quem servavi statim feramen „tis cudentibus.“ Tristior isto fuit eventus in D. TURNERI (f) sene diu hæmorrhoidario, qui dum aliquando solito majorem pateretur  
mo-

(a) Abhandl. von der Phlegmone 2. Band. 6.

Cap. 2, 3. 4. Beobacht. p. m. 144, 158, 171.

(b) Vide §. 120. Nro. 3.

(c) Vide §. 131. Nro. 1.

(d) Vide §. 68.

(e) De chirurg. operat. p. 116.

(f) Abhandl. von den Krankheiten der Haut,

2. Theil. 7. Cap. p. 539. sqq.

molestiam a magna copia putridi ichoris ex affectis locis exsudantis, indusiumque, ac bracas conspurcantis, cum fætore totum hypocaustum implente Auctorem accersit. Is inter diductas nates reperit condylomata complura, alia insignia, & communis cum cute coloris; alia ex fusco livida, ac velut studio compressa, calore nativo orba, unum paulo inferius prorsus gangrenosum, ichorem illum putridissimum eructans. Pulsus erat per quam debilis, facies pallida, sudor frigidus, mente non satis sibi constante. Cum vero aliis etiam accitus negasset vel gangrenam vel discrimen adesse, Auctor præfigio facto ægrum in alterum diem non supervicturum, quod etiam exitus probaverat, abiit. Interdum gangræna interiora etiam corripit, & i. LIEUTAUD (a) „pro comperto habemus (inquit) „anatomica autopsia edocti hæmorrhoidum „vel externarum phlogosim, & gangrenam „in intestina, mesenterium, aliave abdominis „viscera sæpiissime propagari.“ Sic JOURBERTUS in vita RONDELETTI apud T. BONETUM (b) refert, uxorem ejus obiisse intra paucos dies ex hæmorrhoidum inflammatione, quam maritum celare voluit. A morte dum affecta sedes lustratur, extrema meseræ pars gangrenosa est inventa.

## 9. Occal-

(a) Synopsi univ. prax. med. P. 1, L. 2, S.

3. p. m. 393.

(b) Sepulcr. L. 3. S. 15. Obs. 2.

9. *Occallescentia* tuberculorum diuturnorum, de qua LUDWIG (a) „persistunt . . . s̄p̄ius in iis (ait) qui hæmorrhoidalibus insultibus affecti sunt, tubercula callosa, quæ sine dolore sunt, nec excretionem alvinam adeo turbant, interdum tamen, dum aliqua sanguinis abundantia vel dyscrasia has partes urget, & irritat, dolorosa fiunt.“ Atque tunc hæmorrhoides vere spurias, cristatas vel alias mentiuntur, velut in DELII (b) ac DIETERICHSSI (c) ægris. Imo M. ETTMÜLLERUS (d) refert e SANCHEZ (e) in muliere ex hæmorrhoidibus cæcis diuturnis mortua intestini recti terminum 6 digitorum longitudo ad anum usque repertum fuisse induratum, & scirrhosum.

### III. *Fluxus hæmorrhoidalis* dénum effectus boni sunt alias; alias pravi

A. *Boni*, dum is regularis est; ac moderatus, nec nisi aut plethoram, aut caco-chymiam tollens: quo fit, ut per illum causæ morborum, vel imminentium, vel præsentium e corpore eliminentur. Hinc etiam

I. HOL-

(a) L. c. p. 400.

(b) Vide §. 55. Nro. 9. h.)

(c) Vide histor. I.

(d) L. c. p. 144,

(e) Observ. p. 277.

I. HOLLERIUS (a) „hæmorrhoides (inquit)  
 „universum corpus vacuant aliquando caco-  
 „chymia, aliquando puro sanguine, quippe  
 „sola quantitate peccat.“ Id ipsum A. HÆN  
 (b) fateri coactus est dicens : „hæmorrhoides  
 „duas potissimum tollunt plurimorum morbo-  
 „rum causas, quam alteram plethoram vocant,  
 „alteram cacochymiam.“ Hæc autem ut  
 plurimum atrabilis esse consuevit, de qua  
 HIPPOCRATES (c) „in profluvio (ait,) quod  
 „fit per ora venarum in ano sanguinem fun-  
 „dere solita (Græci hæmorrhoidas dicunt)  
 „velut quiddam atræ bilis affine effluit.“ I.  
 „e. quod non est vel mera, vel matura atra-  
 „bilis, sed vel bono sanguini permista, vel  
 nondum omnes naæta atræ bilis dotes; quam  
 tamen semper salubriter per anum excerni ob-  
 servavit dicens : (d) sanguis supra „quidem  
 „qualiscumque fuerit emissus, malus; infra  
 „autem, si niger dejiciatur, bonus.“ Dum  
 itaque fluxus hæmorrhoidalis accumulatam  
 vel plethoram, vel cacochymiam semper e  
 corpore per intervalla evexit, non potest non  
 esse salubris cum prophylæctice; tum thera-  
 peutice.

## I. Pro-

---

(a) De morbis intern. Cap. 55.

(b) L. c. Cap. 3. §. 1.

(c) Epidem. L. 6. S. 5. Nro. 24. p. m. 1185.

(d) Sect. 4. Aphor. 25.

1. *Prophylactice*, dum cacoehymiam  
aut plethoram prius tollit; quam functiones  
lædere queant, sicque constantem tuendo fa-  
nitatem ad longævitatem viam sternit. Difer-  
tis id verbis afferit HIPPOCRATES (a) „qui  
„sanguinem per ora venarum, quæ in ano  
„sunt, profundere solent, neque morbo la-  
„terali, neque pulmonis inflammatione, ne-  
„que ulcere exedente (phagadænam dicunt,)  
„neque furunculis corripiuntur, neque tuber-  
„culis, quæ a cicerum similitudine terminhi  
„dicuntur, ac fortassis ne lepra quidem, for-  
„teque neque aliis id genus. Intempestive  
„tamen curati multi brevi hujusmodi morbis  
„correpti sunt, eamque ob causam pernicio-  
„se habuerunt.“ Et F. HILDANUS (b) „ego  
„(inquit) sincere adscribere possum, expe-  
„rientia me comprobasse, eos rarissime apo-  
„plexia, epilepsia aut vertigine, & oculorum  
„inflammationibus correptos fuisse, quibus  
„hæmorrhoides fluebant.“ Sane G. E. STAHL-  
LII (c) vir ob hæmorrhoidum fluxum sanus  
multos in annos vixit; quamvis non undique  
caruerit morborum causa. Hinc etiam P.  
FORESTUS (d) patri suo 50um. agenti annum ro-  
busto, morbum ab incunte ætate vix passo, præ-  
ter .

(a) Epidem. L. 6. S. 3. Nro. 28. & de humo  
rib. p. m. 51.

(b) L. c. Cent. 6. Obs. 28.

(c) Vide §. 99.

(d) L. c. Obs. 3.

ter ani dolorem olim sola cassia sumita abactum;  
 nunc vero fluxum hæmorrhoidum naecto longæ spei fecit sanitatis; qui etiam nonnisi  
 58vo.anno quartanam cito curabilem passus, ab-  
 hinc vero hæmorrhoidibus subinde, ac mo-  
 derate fluentibus semper sanus mansit, donec  
 senex demum obiisset. M. ALBERTI (a) me-  
 minit „senis hæmorrhoidarii, qui 90. annos  
 „attigit professione Chimici, qui orbem adhuc  
 „pererrabat, in dies 1. milliare, aut 1  $\frac{1}{2}$  am-  
 „bulando absolverat, animo & corpore to-  
 „lerabili gaudebat, appetitus, & somnus in  
 „eodem erant vegeti; cum hanc urbem (Ha-  
 „lam) transmigraret, incidit in febrem tertia-  
 „nam exquisite typicam, & legitimam, a qua  
 „post 4um. paroxysmum liberabatur. Sed  
 „cum superata hac febre debilitatus domum  
 „egredi intenderat, cecidit super lapideum pa-  
 „vimentum & scrotum ad prominentem lapidem  
 „acutiorē allisit. Corripiebatur inde inflam-  
 „matione genitalium, a qua post aliquot dies  
 „restitutus, iter aliorum direxit, & quem ad  
 „explorandas vires senis (Auctor) per inte-  
 „grum milliare comitatus fuerat, quod per  
 „6 horas superavit, & postea necesse habuit,  
 „quo requie aliquali ad continuandum iter  
 „habilis reddatur. Et hic senex singularis  
 „longævitatis, de se professus fuerat, quod  
 „singulis annis semel & verno quidem tem-  
 „pore

---

(a) Diff. de hæmorrhoidibus longævitatis causa  
 §. 4. Tract. de hæmorrhoidib. P. 1. p. 120.

„pore sufficienter hæmorrhoidalem fluxum  
„expertus fuerit, & insolita sanitate fruatur.“  
Hæc de fluxu hæmorrhoidum prophylactice  
salubri; verum haud minus salubris est.

2. Therapeutice, dum tollendo vel  
cacochemiam, vel plethoram simul carum  
effectus, sive morbos præsentes ex illis natos  
tollit. Sic LUDWIG (a) „ex omniibus (in-  
„quit) profecto exemplis, quæ ad mutatio-  
„nes morborum semper attentus observavi,  
„unum inveni virum, qui ab initiosis virilis  
„ætatis usque ad summam senectutem inter va-  
„rias diætæ neglectæ causas, morbosque inde  
„percessos, tamen hæmorrhoidibus crebrios,  
„& copiose fluentibus sublevatus, & in vche-  
„mentissimis sæpe morborum insultibus recte  
„restitutus est.“ Inter numerosas autem ægri-  
tudines, quas fluxus hæmorrhoidalis solvit,  
vel maxime notari merentur.

a) *Infania*; nam teste HIPPOCRATE (a)  
„infantibus si varices, aut sanguinis pro-  
„fluviuum, per ora venarum, quæ in ano sunt  
„(hæmorrhoides dicuntur) accesserint; infanæ  
„solutio. Porro (b) atra bile vexatis, &  
„phrenitide detentis sanguinis profluviuum  
„per ora venarum, quæ in ano sunt, bonum  
„est.“

(a) L. c. p. 412.

(b) Sect. 6. Aphor. 21.

(c) De Judicationib. p. m. 554

„est.“ Et LUDWIG (*a*) salubritatis hujus fluxus“ ipse aliquoties in spasmis vesicæ, in „melancholia, & præcipue mania evidenter,“ sima exempla cognovit. Perinde nec mihi, inquit F. HOFFMANNUS (*b*) ignota sunt „exempla, ubi nonnulli gravi melancholia hy- „pochondriaca in juventute affecti in pro- „vectiore etate hæmorrhoidum fluxu acce- „dente immunes manserunt.“ Hujus quoque loci est, quod refert. I. S. CARLN (*c*): vir 50 annorum temperamenti melancholici post toleratas aliquamdiu pressiones ac dolores abdominis, flatulentias, & molimina hæmorrhoidum, brevi incidit in melancholicas anxietates, animi, mentisque perturbationem, qua sibi mortis poenam imminere imaginatur. Crescente deliro metu lecto se proripiens ædium superiora petit, satellitibus, a quicis se ad supplicium ductum iri delirabat, fuga se subducturus. Interea sub his turbis hæmorrhois turgens crepat, ac sanguinem eructat: quo factò æger mentis compos ocyus redditus ad locum, unde profugit, est rever-

(*a*) L. c. p. 405.

(*b*) Med. rat. syst. T. 4. P. 4. C. 8. thes. pathol.  
§. 33.

(*c*) Med. und moral. Einleitung in die Natur-  
ordnung, oder medicin. Bedenken. 3te Samml.  
Nro. 3. p. 365.

reversus. Idem quoque delirii eventus fuit  
in ægro BANGII. (d)

b) *Coma apoplexia.* De posteriore  
HIPPOCRATES (b) „in sideratis (ait) succe-  
„dentes hæmorrhoides utiles ; refrigeratio-  
„nes vero, & torpores malum denunciant.“  
In gravissimo autem comate insignis hæmorr-  
hoidum fluxus F. HOFFMANNI (c) viduæ præ-  
fentissimam attulit opem.

c) *Oculorum morbi.* I. STORCH (d)  
vidit ab sola varice hæmorrhoidalí citra flu-  
xum enata magnati eidam molestas oculo-  
rum defluxiones fuisse mitigatas, quam pro-  
funde, cum nec doloris, nec molis esset sin-  
gularis, ut patienter ferret, est admonitus,  
ac toro etiam anno, poto præsertim dein-  
ceps Liebsteinensi fonte, ab ulterioribus in-  
vasionibus mansit immunis.

d) *Spirationis difficultas.* I. STORCH  
(e) refert, senem 70. annis majorem reverso  
fluxu hæmorrhoidalí ab anxietate vires admo-  
dum pessimum fuisse liberatum.

### e. *Phthisis*

- (a) Vide §. 117. a.
- (b) Coacor. Nro. 478.
- (c) Vide §. 119. Nro. 5.
- (d) Prax. casual. med. T. 1. cl. p. 214.
- (e) Ibidem. T. 2. d. 4. p. 353.  
P 2

e) *Phthisis*, de qua ita HIPPOCRATES (a):  
 „sputorum retentiones in tabescentibus men-  
 „tem ad delira verba commovent; in his san-  
 „guinis profluvium per ora venarum in ano san-  
 „guinem fundere solita existere posse spes est.“  
 At non in suppressis modo, verum rite etiam  
 procedentibus phthisicorum sputis salubriter  
 quandoque hæmorrhoides fluere docuit ex-  
 perientia. Sic apud J. RHODIUM (b) „Baro  
 „quidam diuturno tempore destillationi saltæ  
 „obnoxius tabem verebatur . . . Huic autem  
 „hæmorrhoidibus biennum fluentibus omnis  
 „causa metus fuit sublata, imo emendatus  
 „corporis humor noxius.“ J. C. STUNZER (c)  
 curandum habuit virum, cui sputa purulenta  
 cum tussi continua parum spei reliquere, nihil  
 aut cortice Peruviano, aut pectoralibus me-  
 dicamentis proficientibus: donec revocatns  
 pilulis hæmorrhoidum fluxus morbum sustu-  
 lit, æger inde convaluit, carnes recuperavit,  
 ac secundo matrimonio lætus vixit.

f) *Hypochondriaca passio* cum materia,  
 veteribus atram bilem vocantibus, de qua  
 GALENUS (d) „atram bilem (ait) hæmorrhois  
 „plerumque incipientem prohibuisse, & jam  
 „effec-

(a) Coacor. Nro. 437.

(b) Obs. med. Cent. 2. Obs. 9.

(c) L. c. p. 56.

(d) In epidem. L. 6. comment. 6. Nro. 8.

„effectam removisse, nec non & duratum lie-  
 „nem sanavisse conspecta est.“ Et alibi (a):  
 „morbum sane melancholiam vocatum per  
 „hæmorrhoides levari evidenter constat, mul-  
 „tosque clausis illis insanivisse animadvertis-  
 „mus; quosdam vero non solum semel, aut  
 „bis; sed etiam ter, quater, simul; atque  
 „hæmorrhoidis suppressa sit, in melancholiam  
 „incidisse; nonnullos vero & singulis annis  
 „hoc vitio tentari solitos, nisi aut per venas  
 „hasce præsidium prius senserint; aut atra  
 „bile medicamento purgata malum antever-  
 „terint. Nempe istorum hominum plurimis  
 „ater sanguis per hæmorrhoida profunditur,  
 „attamen non omnibus.“ Hinc etiam D.  
 SENNERTUS (b) hypochondriacam passionem  
 hæmorrhoidum fluxu felicissime curari testa-  
 tur, & „si (quis) in eos, qui ex hæmorr-  
 hoidibus commodum percipiunt, inquirat,  
 „omnes fere (ait) hypochondriacos esse ani-  
 „madvertet.“ IDCIRCO & M. ALBERTI (c) hæ-  
 morrhoides medicinam hypochondriacorum  
 nominavit.

g) *Nephralgia*; nam „melancholicis af-  
 „fettiibus, & renum vitiis succedentes hæ-  
 „morr-

(a) Ibidem comment. 5. Nro. 25.

(b) Disp. de hypochondriaca affectione. §. 132.  
137. opp. pr. L. P. 5. Seet. adj.

(c) Diff. de hæmorrhoidib. medicina. hypochon-  
driacor. Tract. de hæmorrhoidib. P. I. p. 374.

„morrhoides . . . bono sunt“ notante HIPPOCRATE (*a*) ; quem locum J. HOLLERIUS commentario illustrans „vidimus (inquit) „quemdam, qui intolerabili cruciatu renum „affligebatur, is nulla phlebotomiā, nulla purgatione, nullis remediis topicis potuit levare, nisi hæmorrhoidē aperta.“ Unus idemque, opinor, æger est, cuius inferius (*b*) etiam recurreret mentio,

*h) Icterus.* Oppido rarum hanc in rem casum refert G. W. WEDELIUS (*c*) de textore so. annorum icterico, qui oborto hæmorrhoidum fluxu, prius sibi insolito, ab ictero est liberatus, simulque post hunc morbum aliquo abhinc tempore naetus est facultatem semen in coitu ejaculandi, quod nunquam antea toto quinquenii matrimonio præstare poterat: unde & filiam progenuit. Fluxus ne hæmorrhoidum quidquam ad id contulit?

*i) Hydrops.* Novimus, inquit J. L. CHOMEL (*d*), mulierem ita ascite laborantem, ut ad paracenthesin multoties celebran-

(*a*) Sect. 6. aphor. 11.

(*b*) Acta Hafniens. Vol. 2. Obs. 44. p. 138.

(*c*) Vide §. 117. *a.*

(*d*) HALLER disp. med. præst. T. 4. Nro. 116.  
ergo tumidi hæmorrhoidib. hirudines. Præf.

J. F. C. MORANDO. §. 5. p. 122,

„brandam coacta confugere, curaretur ad  
 „tempus, non sanaretur. Ecce autem artem  
 „docente natura, curamque suscipiente larga  
 „deregente advenit hæmorrhoidum vacuatio,  
 „ægramque liberavit ad annos.“

k) *Cutanei morbi.* „Vir quidam maxi-  
 „me doctus calidi ex calido jecore tempera-  
 „menti, & hinc hypochondriaco malo quo-  
 „que obnoxius . . . coloris rubri in vultu  
 „gutta rosacea conspicuo, remissionem mox  
 „sensit, postquam per biduum hæmorrhoidum  
 „senserat fluxum, quo ipso primum perterri-  
 „tus meum requisivit consilium, cui, ut hoc  
 „hæmorrhoidum beneficium diæta, & medici-  
 „na in posterum promovere non desisteret,  
 „suasor fui“ inquit J. C. FROMMANNUS (a),  
 & A. C. LORRY (b) vidit ægrum ab herpete  
 esthiomene summe pruriante mox, ut fluxus  
 hæmorrhoidum ingruit, liberatum.

l) *Articularis dolor*, ut podagra, ischi-  
 as, arthritis, &c. Hæc enim vero mala ut  
 plurimum nil sunt aliud; quam hæmorrhoi-  
 dum anomaliæ (c), quemadmodum hæmorrhoi-  
 dales colicæ, cardialgiae &c., ut proinde  
 haud male etiam arthritides, podagræ &c.  
 hæ-

(a) L. e. P. 2. Probl. 41. p. 452.

(b) Von der Melancholie. 2. Th. 3. Cap. p. 371.

(c) Vids §. 33. c)

hæmorrhoidales vocari possent, quas fluxus hæmorrhoidum obortus solvere consuevit, præsertim cum id genus articulares dolores interdum in colicos mutantur, priusquam fluxus hæmorrhoidum accidat, cuiusmodi exemplum dat V. RIEDLINUS (*a*) de viro 50 annis majore, cui aliquoties arthritidem perpresso post vitæ genus in minus felix mutatum arthritis desit; at pristinos ad labores reverso ejus in locum colici dolores recursabant, subinde vix ferendi. Hos cathartico cedentes fluxus hæmorrhoidum secutus, qui sensim in fistulam ani degeneravit cum dolore fere continuo, & ad penem usque excurrente, ac purulentorum egestione perquam tenesmode. Cum nihil extra anum cernetur, dito in anum indito complura tangerantur tubercula dolorifica. Nihil abhinc proficientibus variis femediis, fœtoreque ani usque adeo incremente, ut ab nemine jam ferri posset, æger demum interiit. Articularium autem dolorum superveniente fluxu hæmorrhoidalii sublatorum exempla multiplicia in historia ischiadis, podagræ, arthritidisque videri possunt; hic aliqua tantum delibamus. Vedit STUNZER (*b*) dolentissimam ischiadem, ad omnia contumacem remedia, desisse tandem, postquam æger brevi itinere

flu-

(*a*) Curar. medic. millenar. Obs. 24.(*b*) L. e. p. 56.

fluxum sibi hæmorrhoidum causasset. Perinde  
 F. HOFFMANNI (a) vir cholericus sanguineus,  
 iræ , vinoque deditus a plurium mensium  
 ischiade gravissima, nullis sudoriferis, cathar-  
 ticis , lignorum decoctis , ♀o , opioque fu-  
 ganda , oborto demum post usum aquarum  
 Hornhusanarum sale, nitroque refertarum, flu-  
 xu hæmorrhoidalii convaluit. Porro p. FO-  
 RESTUS (b) „Hollandiaë Præses (ait) cum ar-  
 ticulare dolore affligeretur , apparentibus  
 „consuetis hæmorrhoidibus , iisque fluenti-  
 bus, statim prædixi, eum ab omni dolore  
 „articulare liberatum iri , neque me fefellit  
 „hæc sententia.“ J. C. TRUMPHIO (c) curan-  
 dus obtigit mense Decembri quinquagenarius  
 vir vitæ sedentariæ , ac potibus spirituosis  
 deditus , qui post 3. hebdomadum arthriti-  
 dem fixam evasit melancholicus cum anore-  
 xia , ac pervigilio , assiduisque doloribus.  
 Circa hepar itidem dolor cum alvo adstricta;  
 & præcordiorum anxietate ; noctuque calor,  
 ac sitis insignis , urina intense rubente. Dati  
 primum ♂es antispasmodico - absorbentes , ac  
 Ra ♂is helleborata cum anima rhei , & li-  
 quore Væ fol. ♀ri: unde alvus obedien-  
 tior

(a) Diff. de salubritate flux. hæmorrhoid. §. II.  
 opp. suppl. 2. Part. 2. p. 114.

(b) L. c. Obs. 4.

(c) Commerc. Nor. T. 9. A. 1739. hebd. 49.  
 to. 2. p. 315. sq.

tior, melancholia nil cedente. Cumque aliquando insultus apoplecticus supervenisset, Væ. Sem. in pede, non multo ante factam, imperavit Auctor, dein catharticum ægræ familiare, a quo ter simul vomuit, concessit. Abhinc molestia circa hepar minuebatur, appetentia etiam aliquatenus renata; sed tussis sensim cum corporis macie ingravescens metum injecit. Interea grumi sanquinis ex haemorrhoidibus ani subinde egerebantur, doloresque articulorum mitescebant. Idcirco ad crisin isthanc promovendam, aliasque implendas indicationes dabatur  $\text{S}$  ex  $\text{S}$  diaph.  $\text{A}$ li, cinnab. nativa, croco  $\text{A}$ poperit.,  $\text{P}$ ro  $\text{O}$ lato, corall. rubr., lapid. 69, C. C. philos.,  $\text{O}$  depurato,  $\text{G}$ re pector. balsam.  $\text{w}$ r. DELII; porro  $\text{R}$ a  $\text{G}$  helleborata cum anima rhei, liqu.  $\nabla$ æ fol.  $\text{P}$ ri,  $\omega$ u  $\Theta^*$  anisat., esfent. lignor. & absinth. compos. ol. sceniculi. Imperatum etiam infusum aquosum e rad. glycyrrh., althææ, sarsapar., simphit., chinæ, aristol. rotundæ, ligno sassafras, herbis chamaedr., trifol. fibr., cerefolii, hederæ terr., fl: bellidis, chamom. Romanæ, rasura C. C. jujubis, sebesten, passulis minoribus. Quibus ita convaluit, ut nil morbi superfuerit.  
 „Pertinet hoc quoque notabilis historia a...  
 „STAHLIO mihi, inquit F. HOFFMANNUS (*a*),  
 „communicata: nimirum vir 44. annorum ha-  
 „bitus corporis sanguineo-melancholici, diae-  
 „tæ vinofæ, quondam Hungaricus, nuper  
 „etiam

---

(*e*, L. c. Diff. cit. §. II. p. 114.

„etiam Austriacis vinis largius usus, Væ. Ses.  
 „confuetas aliquamdiu negligens, oblatis in-  
 „terim occasionibus frequentioribus iracun-  
 „diæ; corripitur autumno 1664. coxendi-  
 „cum, hinc genuum, hinc pedum, manuum-  
 „que doloribus mox increscentibus, & noc-  
 „tes, diesque torquentibus per 3. 4. septi-  
 „manas, verno primo tempore deinde &  
 „proximio autumno, modo hyeme humidio-  
 „re, & languidiore. Cura diligentis medici  
 „practici docti, & periti referantur denique  
 „hæmorrhoides, quibus per vices, licet non  
 „statas, fluere continuantibus omnium dolo-  
 „rum podagricorum expers vixit ad annum  
 „usque 76. suæ ætatis.“ Alium huicce simili-  
 limum (ni forte idem sit) casum narrat ipse  
 STAHLIUS (a): „vir honestissimus cum media  
 „sua ætate ischiade, gonagra, chiragra, po-  
 „dagra graviter correptus, & in 4. annum 8  
 „ad minimum vehementibus insultibus gravi-  
 „ter exercitus fuisset; supervenientibus tan-  
 „dem & posthac adsuescentibus per hæmorr-  
 „hoides ordinatis ventilationibus a 48vo æta-  
 „ris anno ad 78vi finem sine ullo amplius  
 „arthritico symptomate dolorifico vixit.“ Cui  
 merito jungitur gemina observatio podagræ  
 per hirudines, & illas tandem secutam men-  
 struam hæmorrhoidum exonerationem in po-  
 sterum sublatæ historia à MOUFFETO (b). Hæc  
 om-

(a) Diff. de rheumatismo. 4to Hale 1707. Recip.

G. MÜLLER §. 73. p. 39.

(b) Theatr. insector. L. 2. c. 41.

omnia eo magis esse vera patet, quod cohibitus hæmorrhoidalis fluxus, dictos dolores revocet. Sic referente STAHLIO (a) „juvenis 27. annorum phlegmatico-sanguinei habitus ex potu vinorum Thuringicorum spirituorum sub vita multum sedentaria aethritidem incurrit admodum vehementem. Cum variis modis, & methodis nihilominus subinde recrudesceret, tandem emansit, coortis tandem circa annum etatis 30um hæmorrhoidibus largis imo fere continuis. Cum patiens vitae genus insigniter mutasset, & alio quoque familiam transportasset, quin etiam fluxus nimius apparens, medicationem patienti persuasisset, substiterunt hæmorrhoides. Paucissimo post tempore dextræ coxae, & femoris, & dolorem, & insignem rigorem incurrit patiens. Nescio quis autem remediis tractatus in magnam angustiam, & abdominis inflationem, mox etiam in mihi cruentum incidit, quo per adstringentia tractato pedum oedema, & asciticam ventris intumescentiam expertus est. Tandem revocata evacuatione hæmorrhoidali non sine vacillantis valetudinis incommodo annum adhuc vixit.“ Ex his ergo colligitur non male MOLLERUM (b) fuisse opinatum

---

(a) Diff. de incurabilib. affectib. (4. Halæ 1705.

Resp. c. MEISNER) §. 46. p. 25. sq.

(b) Annal. Vratisl. Tent. 6. A. 1718. Novembr.

d. 4. Art. 6. §. 2. p. 1873.

opinatum, articulares morbos ibi esse rario-  
 res, ubi fluxus hæmorrhoidalis esset vulga-  
 tor: „dum hocce autumno (1718) Tokaini  
 „morarer (ait), observavi ibi, & in locis cir-  
 „cumvicinis hæmorrhoides præsertim inter-  
 „nas incolis esse familiariores; quam nostris  
 „Neosolii, idque ob causam vini spirituoso-  
 „ris, allii, & ceparum, queis pene quotidie  
 „vescuntur. Hæreditarias etiam in juniori-  
 „bus hæmorrhoides observavi, toto anno af-  
 „fligentes. Atque hæc hæmorrhoidum fre-  
 „quentia in causa esse videtur, quod arthriti-  
 „des ibi per quam raræ sint, utut vino ge-  
 „nerofo nobiles pro potu ordinario utantur,  
 „aliaeque illarum causæ vulgares non desint.  
 „Singularem novi casum Jll. viri sanguineo-  
 „cholerici circa 43um ætatis annum podagram  
 „naðti, quæ annis 1685-6. vehementer illum  
 „torsit; immoderato autem cum elixirii prop.  
 „PARAC: tum vini Tokaini usu anno 1687  
 „proritatus fluxus hæmorrhoidum, ubi ordi-  
 „nate continuasset, podagram abegit, homo-  
 „que hodiedum & a podagra, & ab aliis mor-  
 „bis immunis vivit, hæmorrhoidibus fere  
 „quovis mense fluentibus. Alius quoque ca-  
 „sus non minus memorabilis hæmorrhoidum  
 „nimiarum succurrit: Belli-Dux Cæsareus 70.  
 „annorum sanguineo - cholericus a 15 annis  
 „quotidiano hæmorrhoidum fluxu laborans,  
 „iis tamen viribus pollet, ut ad 68 usque an-  
 „num bello serviverit. Sæpius is circa æqui-  
 „noctia insultus arthriticos, at aliquot tan-  
 „tum horarum, experitur, quorum etiam ex-  
 „pers

„pers esse posset, modo non quotidie in potu  
 „excederet, vinoque Tokaino abstineret.  
 „Quovis mane primum aquam frigidam hau-  
 „rit, post  $\frac{1}{4}$  horæ sumit vasculum choccoladæ,  
 „a qua post  $\frac{1}{4}$  horæ alvum reddit, postquam  
 „notabilis sanguinis fluidi quantitas, sæpe  
 „ij. iij. déjicitur, & abhinc plerumque in-  
 „gruit palpitatio cordis, & interdum etiam  
 „levis lipothimia. His post  $\frac{1}{4}$  horæ denuo  
 „cessantibus reliquo dieci tempore sanissimus  
 „est.“ Posterior casus congruit cum LUDWI-  
 GII (a) observatione: „in arthritide habituali  
 „hunc fluxum (inquit ille) interdum cum le-  
 „vamine accedentem vidi, sed non perpetuo:  
 „quando enim nimius fuit, sæpe imbecilli-  
 „tatem induxit, ut arthritici insultus vagi  
 „magis torquerent, nec veram dissipationem  
 „materiæ arthriticæ molirentur.“ Hæc de bo-  
 nis hæmorrhoidum fluentium effectibus. At  
 sæpe numero etiam sunt.

### B. *Mali varia ratione, si nempe ex*

#### 1. *Nimio fluxu nascantur*

a) *Cachexiæ præsertim hydrops, hectica*  
*febris, &c. AETIUS (b) de fluentibus hæmorr-*  
*hoidibus agens „hæc affectio (inquit) malo-*  
*rum*

(a) L. c. p. 408.

(b) Serm. 14. Cap. 5.

„rum plurimorum causa hominibus existit,  
 „nam & deformitatem, & miseram vitam hæ-  
 „morrhoides inducunt, multos vero etiam  
 „vita privant: & deformitatem quidem prop-  
 „ter coloris totius corporis vitiacionem ex  
 „evacuatione succedentem; miseram vero vi-  
 „tam propter corporis debilitatem: quando-  
 „que autem & de vita periclitantur sic affecti,  
 „cum ob excedentem evacuationem perfrige-  
 „ratum hepar aquam inter cutem operatur.“  
 & GALENUS (a) „ex diuturnis (ait) hæmorr-  
 „hoidibus, vel suppressis, vel immodica pro-  
 „fusione hominem ad extremam frigiditatem  
 „ducentibus non semel aut bis; sed sæpe jam  
 „aquam inter cutem collectam vidi.“ Cujus  
 rudimenta jam in facie, pedibusque inde præ-  
 seferebat POMMEI (b) arrabiliarius; imo  
 ascitem quoque ex immodico hoc fluxu com-  
 plures naæti sunt, letalem HOFFMANNI (c)  
 æger; sanabilem WEBERI (d) homo. Vedit  
 & hydropem M. ALBERTI (e) „in vitro hæ-  
 „morrhoidario vilioris conditionis, cuius pa-  
 „ter erat hypochondriaco - hæmorrhoidarius,  
 „qui, cum aliquoties non modo largas; sed  
     „et

(a) De facultat. natural. L. 2. Cap. 9.

(b) Vide §. 133. b)

(c) Vide §. 19. b)

(d) Vide §. 93.

(e) Diff. de hæmorrhoidib. excedentib. §. 134

Tract. cit. p. 196. sq.

„et superfluas hæmorrhoides expertus esset,  
 „tandem ob concursum mali regiminis, & per-  
 „verfa diatæ in tympanitidem, & denique  
 „hydropem incidit, in quo denuo largum  
 „hæmorrhoidalem fluxum subiit, cum multis  
 „irregularibus symptomatibus conjunctum;  
 „qui vero ut præposterus, & importunus pri-  
 „orem affectum magis deterioravit; quam  
 „sublevavit.“ Singulare autem hydrocardiæ  
 ex nimio hoc fluxu natæ exemplum narrat  
**ROBIN apud ROUX** (a): juvenis ecclesiastes  
 post magnas narium in pueritia hæmorrhagi-  
 as, usu demum ſis nicotianæ profligatas,  
 nauctus est fluxum hæmorrhoidum ordinatum  
 non sine secunda valetudine. Tandem ante  
 7. vel 8. annos, quo die sacerdos consecra-  
 tus est, variolis corripitur, sub quarum de-  
 cursu haud videtur idoneum servasse regimen:  
 hinc & pœnas luit. Namque moderatus hac-  
 tenus, ordinatusque hæmorrhoidum fluxus  
 evasit inordinatus, & immodicus, qui, ubi  
 intra aliquot menses attulisset languorem, de-  
 bilitatem, faciei inflationem, & oedema pe-  
 dum cum anxietate; ab Auctore idoneis re-  
 mediis, præsertim libris ad moderamen de-  
 nudo reductus est, ordinemque periodicum,  
 spiratione facta per acclivia etiam loca libe-  
 riore, reverſoque fano faciei colore, labio-  
 rum

(a) *Journ. de Medec.* T. 32. p. 44. sqq. Jan.  
1770.

sum rubore, atque oculorum vigore: verbo  
 æger eo usque jam convalescit, ut cuncta sua  
 munia sine molestia obiret, idque tamdiu,  
 donec biennio post curio factus. Tum ve-  
 ro vel ob mutatum cœlum, vel officii nego-  
 tia vel avulsionem a fratre, vel forte ob va-  
 riolosi miasmatis reliquias, cœpit hæmorr-  
 hoidum fluxus rursus & uberior fieri, & in-  
 ordinatus, donec sequens illum error nimi-  
 um effecisset. Januario 1768. rigido in fri-  
 gore, nivibus ad 18. & amplius pollices lap-  
 sis, iter miliaris contexit, via ab nemine  
 adhuc tentata; abhinc vero in dies pejus  
 habens 25ta Februar. 1769. obiit. Sympto-  
 mata mortem prægressa fuere delirium obscu-  
 rum, facies pallida e virore flavescentes, &  
 inflata, sapor oris perquam amarus, lingua  
 muco flavo obsessa, vomitatio, febricula  
 vix observanda, cum pulsu celeri, & con-  
 tracto, tantaque pectoris anxietas, ut extra  
 lectum esse nequiret, imo ultimo triduo ne  
 latus quidem murare valeret; siquidem læ-  
 vum in latus decubitus præsentissimum subi-  
 tæ suffocationis periculum intentabat. Sputa  
 exscrebat prorsus viridia. In hepatis regio-  
 ne tumor quidam durus, at non scirrhosus,  
 nec dolens tangebatur. Lotium sæpe, uber-  
 timque reddebat, jam aquæ instar limpidum,  
 jam aurantii coloris. A morte in thorace pri-  
 mum aperto non parum quidem aquæ inven-  
 tum; quin tamen hydrops dici mereretur.  
 Pulmones erant flacci, exigui, coloris gri-  
 sei, vel potius luridi albi, ex quibus cultro

Q

com.

compunctis pauxillum sanguinis pallidissimi  
lintea velut lotura carnis tingentis erupit;  
lobus lœvus costis erat accretus, forte a pleu-  
ritide in infantia. Pericardium autem viscer-  
atur admodum tensum, tactuque magnopere  
renitens, quod apertum, omne ocyus tho-  
racis cavum aqua fontanæ simili inundavit.  
Cor 1/3 solito majus. Diaphragma inculpa-  
tum, ventriculus grandis, cetera sine vitio.  
Hepar 1/4 solito majus, non scirrhosum, ves-  
cula fellis grandis, viridiisque bile referata.  
Nihil vitii in liene, pancreate, vena portæ,  
in abdominis cellulosa nihil aquæ. Mesente-  
rium, intestina, renes secundum naturam, nisi  
quod crassa intestina scybalis, & vesica urina-  
ria lotio plena essent. Hæmorrhoidalia vasa  
nihil notatu dignum præbuere; at vena cava  
instar intestini recti ampla sanguinem tam  
aquosum continebat, ut carnis loturam refer-  
ret. Aorta descendens inculpata. Testiculi  
solito minores. Apparebat igitur, ægro in  
vita vix 3x sanguinis veri infuisse. Toto  
morbi tempore constituit appetentia; ægro lac  
imprimis appetenti nec alia quæque dissipie-  
bant: bonus etiam somnus mansit; at alvus  
ut plurimum obstructa fuit. A lactis potu  
admodum obesus evasit. Obiit ætatis anno  
33to vel 34to. Hæc de vario ex immodicis  
hæmorrhoidibus hydrope exempla sufficient.  
Quod autem ad febriculam lentam attinet,  
THEDENII (a) certe amicum detinuit, & apud

G.

---

(a) Vide §. 117. a.

**G.** H. VELSCHIUM (*a*) referente P. M. SLEGE-  
 LIO „juvenis ex immodico hæmorrhoidum flu-  
 xu in cachexiam incidit, & febrem lentam  
 „4. annos perseverantem, adeo sæpe levem,  
 „ut vix adverteretur. Accessit per intervalla  
 „icterus, tandemque febris gravis superveni-  
 „ens cum rigore vehementer ægrotum intra-  
 „biduum confecit; frustra enim adhibita tam  
 „calida, quam frigida, ipsumque etiam Gua-  
 „jaci decoctum. Aperto cadavere hepar, &  
 „renes pallidi sanguinem tenuem serosum fun-  
 „debant; lien solito rubicundior; cor, pan-  
 „creas secundum naturam constituta. Sinistro  
 „pulmonis lobo inflammationis indicium.“

**6)** *Spasmi, convulsiones clonicæ*, qui-  
 busvis in magnis vacuationibus solennes, ve-  
 lut accidit in KOELTCHENII (*b*) matrona. Re-  
 fert etiam s. A. TISSOTUS (*c*) mulierem 45°  
 annorum ex nimio hæmorrhoidum fluxu tan-  
 ta nervorum debilitate laborasse, ut multas  
 anxietates & singularem totius cutis motum  
 inde sit adepta.

**c)** *Languor pallidus ad syncopen usque,*  
 velut in Vratislaviensium (*d*) muliere, FER-

DL-

---

(*a*) Consil. med. Cent. 4, Cons. 63. p. 452.

(*b*) Vide §. 90.

(*c*) Abhandl. von den Nerven, u. ihren Krankh.  
2. Band, 8. Cap. 7. Art. §. 51. p. m. 129.

(*d*) Vide §. 26. b)

DINANDI (*a*) femina, LANZONI (*b*) sacerdote, & gravida quadam F. LOSSI (*c*) matrona. Apud v. RIEDLINUM (*d*) uxor mercatoris 40. annorum immodico hæmorrhoidum fluxui obnoxia ante hunc ebullitionem sub præcordiis ortam, ac totum se in corpus diffundentem, æstumque corporis causantem præsentiebat, quem tornina levia, & hæc fluxus sequebatur, cessante ocyus ebullitione, æstuque infrigis abeunte, cui fœse animi deliquia jungabant. H. BOERHAAVII (*e*) sexagenarius caecheticus exhaustis sensim diuturno tali fluxu, cum nocturna diarrhoea complicato, viribus demum extinctus est.

*d)* Recidivæ, ad quas nimius hic fluxus est proclivis, ut ROBINI (*f*) in ægro, plurimisque aliis est observatum. Sed nullum hanc in rem luculentius in tota historia medica exstat exemplum; quam quod B. GULLMANN (*g*) memoriae prodidit: mercatori ad 40. annos nato cholericô-hypochondriaco, in iram prono, ac per decennium jam sat

lar-

(*a*) Vide §. 25.

(*b*) Vide §. 49. Nro. 2.

(*c*) Obs. med. Lib. 3. Obs. 25.

(*d*) Curar. medicar. millenario Obs. 578.

(*e*) Consult. med. Vol. 2. Cof. 4. p. 18.

(*f*) Vide præced. a)

(*g*) Act. nat. cur. Vol. 2. Obs. 78.

largum hæmorrhoidum fluxum cum euphoria  
 passo, iste aliquando post insignem terrorem,  
 ac mortis imminentis metum tantus ingruit,  
 ut intra 18 dies æger 6. mensuras sanguinis  
 amiserit; donec indefesso usu  $\ddot{\text{z}}$ um temperan-  
 tium nitroforum cum cinnabari, paucisque  
 stipticis sub diæta gelatinosa conquevit. Sed  
 ob labores itineris abhinc sub solis æstu-  
 emensi coorta sanguinis commotio cardialgi-  
 am, cephalalgiam, ac mox fluxum iterum  
 causavit, pristinis remediis non amplius co-  
 hibendum, quoad amissis intra 3 hebdoma-  
 das 7. mensuris sanguinis tandem datis pilu-  
 lis ex croco  $\ddot{\text{z}}$  adstringente, extract. catech.,  
 torment., cort. cascariell., ac  $\ddot{\text{z}}$ tri stomachico  
 BIRCKM. cessit, ægro extenuato, ac pene ex-  
 animi relictó; qui tamen jusculis gelatinoso-  
 analepticis sensim ita appetentiam, somnum,  
 viresque collegit, ut suas iterum r̄es aliquatenus  
 procurare quiverit. Verum finiente  
 Decembri 1720. reversus fluxus ægrum intra  
 mensem 5 irerum sanguinis mensuris orbavit.  
 Anno insequente, utut circa æquinoctium  
 V. S. brachii, aliaque in prophylaxin facta;  
 graves tamen 4 recidivæ acciderunt, quarum  
 ultima 27ma Novembr. eveniens illum pene  
 enecuisset, ni emulsio e sem. 4. frig. maj.,  
 papav., &  $\nabla$ a borrag., plantag., cinnam.,  
 cydon., c. corall. r. ppt. unicorn. ver., dente  
 hippopotami, nitro, & julepo rosar. præsen-  
 tissimam tulisset opem. Amisit his 4. recidi-  
 vis æger 23. mensuras sanguinis, totoque an-  
 no valetudinarius vires vix collegit. Anno

1722

1722 ob 5. recidivas 20 mensuræ sanguinis amissæ ; quarum in ultima profuit  $\frac{1}{3}$ is ex corall. r. ppt., margarit., nitro ppt., unicorn. vero, & croco  $\frac{1}{3}$ tis adstr. Abhinc autem fluxus evasit parcior, ita ut singulis fere annis minus ammissum sit sanguinis, nimirum annis 1723. — 4. mensuræ 8; anno 1725 mensuræ 7; anno 1726. mensuræ  $4\frac{1}{2}$ ; anno vero 1727 nonnisi aliquot molimina, & accessus salubriter semper recurrentes æger est expertus.  $\frac{1}{3}$ ibus temper. nitrosis cum cinnab., & stomachicis facile obedientes. Hinc ita rursus convaluit, ut negotiis suis denuo solis itineribus exceptis, vacare potuerit. Amisit ergo intra septennium  $100\frac{1}{2}$  mensuras sanguinis, exemplo, quod sciam, hactenus inaudito. Mali quoque sunt hujus fluxus effectus, quos inde

2. *Ætas junior* experitur, quæ diuturniorem præsertim hæmorrhoidum fluxum raro innoxie ferre solet. Namque „si in junioribus, inquit F. HOFFMANNUS (a), præmatu- „re nimis erumpunt hæmorrhoides, per ali- „quod etiam tempus continuant, & insuper, „ut saepe simul fieri solet, largius, & copio- „sius succedunt, nunquam fere salutares sunt, „vel in ipso ætatis flore mortem accelerant,  
„dum

---

(a) Med. rat. syst. T. 4. P. 1. S. 1. Cap. 1.  
epicr. ad Obser. 13. Opp. T. 2. p. 23.

„dum perquam facile a legitimo suo aberrante  
 tramite ; variaque sortica pathemata post  
 se trahunt.“ Hinc & M. ALBERTI (a) „re-  
 ticere (ait) nolui, quod . . . hæmorrhoi-  
 des in tercellula ætate perrumpentes haud  
 proiectiorem promittant ætatem ; siquidem  
 mihi . . . biga exemplorum constat, ubi  
 puella, quæ una rachitide laboravit, per-  
 pusilla, & 5 annorum nata, deinde etiam  
 puerulus ex hoc præmaturo hæmorrhoidum  
 fluxu in atrophiam, miserandam contractu-  
 ram, & hecticam inciderant, quo arduo, &  
 morboſo ſchemate, etiam brevi occubue-  
 runt“ Vidi etiam J. P. WAHRENDORFF (b)  
 pufionem 4 ætatis anno hæmorrhoidum flu-  
 xum naſtum, ac 7mo ætatis anno mortuum.  
 Octennis quoque FISCHERI (c) puer ab hoc  
 fluxu pallidus lanquebat, & MÜLLERI (d)  
 ſexennis pufio hecticam inde præferebat  
 diſpoſitionem. Interea tamen non omnibus  
 infantibus perinde eſt iſſalubris, ne dum fu-  
 nestus, quandoquidem bene multis nihil inde  
 noxæ emerſit (e). Sic E. E. BERDOTI „puella  
 triennis, phthisica matre nata, diarrhoeam-  
 que

(a) Act. nat. cur. Vol. I. Obs. 217.

(b) Annal. Vratisl. Tent. 37. A. 1726. Julii. d. 4:  
 art. 18. p. 137. ſqq.

(c) Vide §. 15.

(d) Vide §. 84. c)

(e) Act. Helvet. Vol. 5. p. 192.

„que menstruam catameniorum loco sæpius  
 „experta ad annum ætatis ætum tenuissimi  
 „fuit corporis, habitus, cum insigni macie,  
 „incipienteque scabiosa tabe. Mutato autem  
 „per aliquot menses aere adhibitisque demul-  
 „centibus, leniterque nutrientibus ex C. C.  
 „&c. evanuit scabies; pinquiori dein facto  
 „corpo, sed subortis simul hæmorrhoidibus,  
 „quovis ab eo tempore mense, præviis cor-  
 „poris lassitudinibus, crurum tarditate ad mo-  
 „rum, lumborum doloribus, &c. largius flu-  
 „entibus; pinquiori nunc, & egregie in ce-  
 „teris habente puella nunc fere sexenni.“

3. *Gravidæ* quoque habent, quod ab  
 hæmorrhoidum fluxu pertimescant; quippe  
 qui facile abortum post se trahat. Hinc **HIP-**  
**POCRATES** (a) „in uterum jam gerentibus  
 „(ait), fluxiones serpentia oris ulceræ cum  
 „dolore excitantes, malum denunciant; in  
 „his sanguinis per ora venarum profluvium  
 „(hæmorrhois) pessimum.“ Significat enim  
 hic status insignem sanguinis ab acrimonia in-  
 ductam tenuitatem cum nisi ad hæmorrhoi-  
 dalia vasa, hisque vicina: unde hæmorrhoidis  
 adveniens prælagit & hæmorrhagiam uteri,  
 non multo post affuturam, & abortum. At  
 casus hic paulo est rarius; frequentissimæ au-  
 tem hæmorrhoidalis fluxus in gravidis cau-  
 fæ,

---

(a) Coacor. Nro. 529.

ſæ, ſunt vel compressio ab utero feto venarum hæmorrhoidalium, vel plethora a catameniis tunc non fluentibus nata, vel ingesta hæmorrhoides moventia, vel denique fluxus hic jam multo ante habitualis, qui statis ſibi temporibus etiam ſub graviditate revertitur. In omnibus hisce fluxus hæmorrhoidum innocuus alias, alias vero periculofus evadere potest, qua in re hocce standum eft canone: hæmorrhoidum fluxus placidus, moderatus, nec diuturnus in gravidis innocuus eſſe ſolet, contra vero magnis cum abdominalis præfertim turbis (ut ſunt dolores, tenesmus, febris, &c.) ingrueſs, copiosus, diuine procedens, plerumque abortum cauſat, ut reſte hæc M. ALBERTI (a) diſcrevit. Innocui fluxus hæmorrhoidalis in gravidis exempla jam ſuperius (b) in medium allata ſunt.

4. *Tenuitas acris sanguinis* ut in hydropticis, diabeticis, hecticis, phthysicis, scorbuticis, &c. ominofum ſemper hæmorrhoidum fluxum inducit; quippe qui obortus mortem in propinquuo eſſe ſignificet: ac proinde tunc ut cauſa, & ut ſignum malus eſt. Sic J. S. CARLII (c) „vir 40 annorum, me-  
„lan-

(a) *Diff. de hæmorrhoidib. gravidar. & puerperar.* §. 6. p. 21. sq.

(b) *Vide* §. 24.

(c) *Commerc. Nor.* T. 5. A. 1735. hebdom. 15. p. 115.

„lancholico - sanguinei temperamenti, ali-  
„quamdiu dorsi, ventris, & ventriculi dolo-  
„ribus ex congestione sanguinis, & molimi-  
„nibus hæmorrhoidalibus ortis vexatus, va-  
„riis hinc inde corrasis, & propinatis calidis  
„carminativis, & sedativis tractatur; unde  
„tandem tumor partium inferiorum, sive ascii-  
„tes, & superiorum partium contabescentia  
„insignis increscebat. Tandem supervenie-  
„bat hæmorrhoidum fluxus largus, qui initio  
„hydropem imminuere aliquo modo videba-  
„tur; ast nullo cum successu, quoniam dein  
„omnia siebant pejora, morsque in propin-  
„quo erat.“ Eundem exitum habuit c. P.  
KÜHNII (a) literatus 45 annorum, assiduis  
lucubrationibus, epulis, vinoque, præsertim  
Gallico, deditus, qui biennio ante fractura  
cruris misere decubuit. Cum is a 4. fere lu-  
stris quotannis acidulas Pyrmontanas maxima  
cum euphoria usurpasset, ab ultimum haustis  
insolitam, nimiamque appetentiam, ac brevi  
post sudores matutinos, ob consuetos labo-  
res quandoque turbatos, tum rheumaticos  
scapularum dolores est expertus: quibus om-  
nibus, ac tumor statim ascitico - tympanitico  
mature V. Sne. catharticis, carminativis, diu-  
reticis, tonicisque obviam itum. Data igitur  
præter  $\ominus$  catharticum Anglicanum resina ja-  
lappæ in V,  $\alpha$  carminativus de tribus **R.**  
**†ii**

---

(a) Nov. act. nat. cur. T. I. Obs. 29. Nro. 3.

Qui ♀ fata, succini, ♀ ri; rad. scillæ, ari,  
vincetox. cum salibus amaris digestivis, &  
nitrosis, demum & lixivium bened. MYNS. &c.  
& aliquamdiu sollicite continuata, drafticis  
quoque v. g. cort. med. samb. clanculum simul  
suggestis; unde urina, flatusque cum alvo  
affatim processere, simulque in 4. dies fluxere  
hæmorrhoides ad aliquot libras, at sine tu-  
moris decremento, & constanti morbi leva-  
mine, quin potius accessit clangosa tussis,  
dyspnœa pene ad orthopnoëam usque aucta,  
fastidium ciborum, sopor, pulsus intermit-  
tens, demum & penis, non item scroti, tu-  
mor, summae præcordiorum anxietates, hæ-  
morrhoides cœcæ, & ultra modum profusæ,  
lotio vix guttatum stillante. His æger op-  
pressus malis sedens exspiravit. Neque meli-  
oris indolis fuere varices hæmorrhoidales in  
fene scorbutico J. G. ERNESTII (a) haud ita  
multo ante mortem tempore pullulantes,

### §. LIV.

DESINUNT hæmorrhoides vel per indu-  
cias; vel in perpetuum, idque aut innoxie,  
aut metastatice, variis de causis, nimirum

I. Spon-

---

(a) Annal. Vratisl. A. 1724. Tent. 28. Maji,  
d. 2. art. 3. §. 4. p. 492. Tent. 29. Julii,  
d. 2. art. 3. §. 4. p. 42.

1. *Sponte natura* citra manifestam cau-  
sam. Sic J. C. STUNZER (a) plures novit,  
queis ante 15, aut 20 annos hæmorrhoides  
fluxere, abhinc vero non amplius, integra  
nihilominus valetudine. Novi & ego tales.

2. *Senium* vel maxime morbo hæmorr-  
hoidal finem facere consuevit, ob humoris  
boni inopiam, vasorum rigiditatem, corpo-  
ris quietem diuturnam, &c. „Hinc Amatus  
„(b) hoc morbo affectos notavit, quibus re-  
„frigerato sanguine temporis successu, & æta-  
„tis ratione sanguis ex se cohitus; & recte  
„habebant.“ Contra ea LUDWIG (c) „noti  
„mihi (inquit) fuere egregio quidem corpo-  
„ris habitu prædicti viri, qui in ætate adhuc  
„vegeta inter 40. & 50um annum edendi cu-  
„piditate excellentes saepius largius, & vietu  
„jurulento nutriti, vini boni potu; sed saepè  
„ultra modum delestanti in vacillante sanitate  
„ex hæmorrhoidibus non quidem statu tem-  
„pore; attamen semper certo supervenienti-  
„bus solatium haberent; hi vero omnes post  
„50um annum hæmorrhoides non amplius  
„experti hypochondriacis, vertiginosis, & in-  
„terdum vere melancholicis affectibus excru-  
„ciati fuerunt.“ Non impune certe c. T. BIER-

LIN-

(a) L. c. p. 103.

(b) Curat. medic. Cent. 5. Cur. 3.

(c) L. c. p. 407.

LINGII (a) seni 65to ætatis anno hæmorrhoides fluere desierunt, quæ antea 3tia vel 4ra quaque hebdomade fluxere; siquidem restitante fluxu dolores spinæ dorsi & intestini recti non mediocres semel, atque iterum est expertus. Ex his igitur liquet, senibus hæmorrhoidum fluxum definire alias citra normam; alias haud perinde

3. *Febris quoque superveniens aut molimina hæmorrhoidalia abolet cum euphoria, dum stases sanguinis resolvendo, circulationis æquabilitatem restituit; aut fluxum jam habitualem suppressit non sine insigni, & subinde funesta functionum læsione.* Posterioris eventus exemplum præbet ROLLII (b) sartor; prioris autem luculentum casum suppeditat P. H. VOGEL apud A. E. BÜCHNERUM (c); nempe senex 60 annorum sanguineo-melancholicus, robustus olim, carnosus, sanus, multi cibi, ac potus, corpusque in dies movens, ante 7 annos molestam cardialgiæ nactus est, mane vel maxime ante egressum e lecto, & a meridie aliquanto post cibationem cum anxietate crebrisque ructibus afflagentem, quam remedia ora hausta potius au-

---

(a) Thes. Obs. de cur. med. Obs. 54. p. 712.

(b) Vide §. 55. Nro. II.

(c) Miscell. phys. med. A. 1730. Maji. d. 4, art. 6. p. 1081. sqq.

auxere accersendo maciem , angentem sub  
motu æstum cum sudore , anxietates , dolo-  
res hypochondrii lævi , crebras alvi obstruc-  
tiones , ac multum mictum . Sub his autem  
femel , iterumque sanguinis pauxillum post  
alvi egestionem apparuit , ac subinde sub fi-  
nistra mammilla molestissima pressio , & in fe-  
moribus dolores percipiebantur . Hæc trien-  
nium durarunt assiduo , nisi quod interdum  
usu pilul. balsam. , ♂ antispasim. , essentiarum  
roborantium e millefol. , cort. ⊖ , cascar. ,  
pimpin. , & Væ. Sbus. in pede lenimen , nun-  
quam autem plenæ induciæ sequerentur . Flu-  
xit quandoque alvis ; quandoque scybala con-  
tinuis aliquot diebus muco grisco incrustata  
egerebantur . Anno 1723 intumuit lævus te-  
stis (varicocèle esse censebatur) : tumorem intra  
3. hebdomas abegere phlebotomia pedis ,  
jura radice echor. hort. alterata , & œus  
aperitiv : PENOTI . A. 1724 . principio Junii ino-  
pinantem vehemens corripit podagra 14. die-  
rum ; at sine priorum symptomatum leva-  
mine , affligente præsertim multa illa sub  
mammilla pressione . Postmodo autem assi-  
duæ mutationes acciderunt , & lævi imprimis  
lateris metaschematismi , affligente jam acer-  
ba odontalgia , jam otalgia , jam cephalalgia :  
his autem obtinentibus æger a cardialgia cum  
ructibus proflus immunis vixit . Vigente au-  
tem sub his omnibus appetitu , excepto po-  
dagræ tempore , macies nihilominus crevit  
cum insigni virium jactura . Tandem A. 1729.  
post aliquot dierum lassitudinem vespere quo-  
dam

ðam per 2. horas exhorruit, sequente magno  
 æstu & alterum usque in diem durante cum  
 vehementi siti, anorexia, & pervigilio, do-  
 nac sinistro in femore erysipelas magno cum  
 tumore, acutoque dolore emersit prioribus  
 malis levamen afferens. Impatiens æger se-  
 quenti vespere tumori applicat frigidissimam  
 fecalis farinam cum dolorum quidem immi-  
 nutione; sed mox a  $\frac{1}{2}$  nocte gravis colica,  
 ac vomitus multis cum sudoribus frigidis,  
 tantoque capitis stupore, ac debilitate securi,  
 ut æger periturus timeretur. Injectum ocyus  
 enema alvum aliquot dies clausam referavit,  
 minuitque anxietates, ac virium deliquium.  
 Inde bezoardicis cum analepticis datis revo-  
 catum erysipelas, tanta cum inflammatione,  
 ut sicco fotu gangrena fuerit prævertenda.  
 Abiit illud in duos abscessus. Interea mul-  
 ti sudores, qua calidi, qua frigidi magna  
 cum debilitate, pulsusque debili, inæquali,  
 ac subinde intermitrente, & urina rubella  
 semper, sine sedimento, obtinebant; donec  
 maturi abscessus apperti, pusque inde san-  
 guini mixtum eductum insigni cum levamine.  
 Ulcera ambo intra 14 dies invito medico  
 natura consanavit. Abhinc ægri status sic  
 satis evasit tolerabilis; sudores tamen, utut  
 parciores, nec frigidi, satis diu adhuc tre-  
 mulo, & intermitente cum pulsu, & urinis  
 crudiis pergebant, debilitabant, sanationemque  
 morabantur, persistante præsertim anorexia cum  
 fructibus, ac pervigilio, diætaque non satis  
 observata, dum æger fructibus, potuique fri-  
 gido

gido indulgebat. Idcirco dato  $\text{Fe}$  tempe-  
rante nitrato cum sacharo lactis, ac subinde  
julapiis acidulatis, hi sudores intra aliquot  
dies minuebantur, & oborta sponte diarrhoea  
moderata, lotioque turbido bonum ponente  
sedimentum plane conquievere. Ex hoc tem-  
pore (7ma morbi hebdomade) omnia in me-  
lius vergebant, somnoque cum appetentia  
reversis vires etiam in dies crevere, ac subor-  
dinata in melius diæta nec cardialgia, nec  
ructus deinceps redierunt, ægerque meliori,  
quam ante plures abhinc annos valetudine  
est gavisus. Interea femora (crura forte),  
præfertim sinistrum, cum in morbo; tum  
etiam post illum tumebant: quæ primum sibi  
relicta, cum sponte non subsiderent, post  
aliquot hebdomades ad usum  $\text{P}ri$   $\text{@}lati$  cum  
 $\frac{1}{4}$   $\text{O}ii$  diaph.  $\text{G}lis$ , & eccoproticorum ma-  
xima pro parte detumuerunt. Ex hac obser-  
vatione satis apparet omnia quæque sympto-  
mata fuisse e censu moliminum hæmorrhoida-  
lium graviorum, quæ febris critica superven-  
iens auspicato discusserat.

4. *Graviditas* etiam interdum hæmorr-  
hoidales molestias submovet. v. RIEDLINUS  
(a) narrat auri fabri uxori non multo post  
initium conjugium dolores hæmorrhoidum  
occepisse, quandoque ad convulsionum us-  
que

---

(a) *Curar. medic. millenario Obs. 779.*

que metum increcentes, instantibus præser-  
tim catameniis; aliquatenus autem lenitos,  
ubi quid sanguinis ex ani venis excrevisset,  
donec conceptus cum fluxu mensium dolores  
simil hæmorrhoidum sustulit. Utrum vero  
reversis a partu catameniis hæmorrhoidales  
etiam nisus redierint, operæ fuisset pretium  
adnotare.

5. *Pathemata animi*, præsertim ira, ter-  
ror, metus, mœror, hæmorrhoidalem flu-  
xum cohibere solent, at plerumque cum ægro-  
rum detimento, regurgitans enim aliorum  
sanguis infarctum aliis in organis producit,  
functionesque lædit, id quod LUDWIGII (a)  
in ebrio accidit, qui cohibito per iram fluxu  
in furorem incidit.

6. *Vulnera ani*. Occalescentibus nempe  
inducta cicatrice post sanationem hæmorrhoi-  
dalibus vasis, in posterum genesin varicum,  
fluxumque ipsum, hæmorrhoidum accidere  
non sinunt, quod post operationem fistulæ  
ani pluribus evenisse constat, uti & post ad-  
hibitam ustionem (b). Sic apud J. STORCH  
(c) vir cholericus teneræ compagis ex hæ-  
morrhoidibus ani fistulam nactus est, qua fer-

ta,

(a) Vide §. 104.

(b) Vide §. 137. Nro. 2.

(c) Observ. clin. ann. 6. Junii. d. 4. p. 610.

R

ro, & sectione curata, hæmorrhoides non amplius reversæ, sanguine ad pulmones converso, hæmoptoeu, & ex hac phthisin letalem intulerunt.

6. *Applicata externa*, discutientia, repercutientia &c., quæ plerumque regurgitationem sanguinis ad alia organa morbosque illorum creant. Sic ab humido frigore substituit fluxus sexagenario STAHLII (a), ab lito ani discutiente seni ALBERTII (b), & a suffitu adstringente viro STORCHII (c).

7. *Ingesta adstringentia*, vel sanguinem commoventia, vel spasmos abdominis, vel alias vacuationes causantia. ALBRECHTI (d) Ecclesiasti frigidus potus; HOFFMANNI (e) autem præfecto militum, vini Pontak usus hæmorrhoidum fluxum cohibuit, nihil autem promtius eundem sistit; quam improvidus millefolii usus (f).

8. *Vacuationes* aliæ vel spontæ obortæ, vel arte excitatæ sèpissime non modo molimina,  
HISTORIA  
&

---

(a) Vide §. 55. Nro. 6. b)

(b) Vide ibid. Nro. 12. c)

(c) Vide ibid. Nro. 13. d)

(d) Vide §. 55. Nro. 7.

(e) Vide §. 95. a)

(f) Vide §. 84.

& varices hæmorrhoidales dissipant ; verum etiam ipsum fluxum compescunt , præver-tuntque.

a) *Sudores nocturni spontanei*, plerumque molimina , & anomalias hæmorrhoidales averruncare consueverunt ; hinc etiam nunquam impune interturbantur . In Annalibus Vratislaviensium (a) virum 43. annorum sanguineo - cholericum , in hæmorrhagias narium nunquam proclivem ; sed pleuritides in vomicam abeuntes sæpius percessum , & semestri quovis largis phlebotomiis affuetum ; Decembri mense tantus corripuit spinæ dorsi rheumatismus , ut præ dolore , velut ex palo à nucha ad pectus per longitudinem spinæ dorsi trajecto , incedere prono capitè , & neu rum in latus convertendo cogeretur , non sine pallore , ac frigore faciei , totiusque corporis , tum aliqua pectoris angustia . Ad frictiones  $\text{v}_y$  camphorato calido factas dolor semper insigniter mitigabatur , & succendentibus sudoribus nocturnis demum penitus desit . At non multo post enati sunt novi vehementissimi dolores in hypogastrio , modo in alterutrius jam dextri , jam laevi ureteris regione a tergo desuper versus inguina ; modo in urethra ; jam in perinæo ; jam in unico hypogastrii

R. 2                      punc-

---

(a) Tent. 22. Anno 1722. Decemb̄, d. 2, art. 14  
§. 2. p. 621.

puncto, sed moræ transitoriae, ac citra ullum vel alvi, vel lotii impedimentum. Cum æger nūnquam auf cálculo, aut nephritidi fuisset obnoxius, nec ulla vel muci, vel sabuli, calculive excretio accidisset, symptomata hæc non abs re ad hæmorrhoidum nisus videbantur esse referenda; præsertim cum do-lores dicti etiam in ano sèpe fuerint oborti. Verum etiam hæc altera dolorum caterva pe-detentim ad uberes noctu succedentes sudores conquievit, sine ullo alio morbo in-commodo, ægerque ad pristinam rediit sanitatem. Magis vero mirum est, ipsum fluxum hæmorrhoidalem ad sudores nocturnos obor-tos in RIEDLINI (*a*) mercatore desisse.

b) *Vomitus*. G. DETHARDINGII (*b*) vit sanguineo - melancholicus, succulentus, 40 annis major; hilaris, liberaliori hæmorrhoidum a fluxu liberari cupiens, emetico sumto protinus ejus expers evasit; at non impune: namque lapsu sub diæta lauta, vinosaque, ac vita sedentaria semestri incidit in anorexiā, angustias ad præcordia, & cedema pedum. STEGMANNI (*c*) quoque civis hoc est refe-rendus.

Pty-

(*a*) Vide §. 55. Nro. 16.

(*b*) Aët. nat. cur. Vol. I. Obl. II. p. 48.

(*c*) Vide §. 60.

c) *Ptyalismus.* F. LOSSIUS (a) „noverit  
 „feminam . . . . circiter 40. annos natam,  
 „gracilis, & parvæ staturæ, ab aliquot annis  
 „hipochondriaca affectione molestatam, quæ  
 „diuturno hæmorrhoidum fluxu emacerata;  
 „cum nihil proficeret Væ. Sbus., purgationi-  
 „bus, longo syrapi chalibcati, & aliorum re-  
 „mediorum . . . usu, assumit tandem . . .  
 „12. gr. ♀ dulcis, additis 4 granis resinæ  
 „jalappæ; a quo cum alvus semel tantum  
 „commoveretur, eandem dosin, sequenti die  
 „repetiit; sed alvo ab eo iterum semel com-  
 „mota incidit in ptyalismum molestissimum  
 „per 14. dies durantem, at nil nisi mortem  
 „exspectaret. Fluxu tamen ex artis lege se-  
 „dato, simul etiam sedatum hæmorrhoidum  
 „profluvium; quod tamen post plures septi-  
 „manas potu aquarium Ebeshamenium . . .  
 „repullulavit, licet minori violentia.“

d) *Phlebotomia* venarum superiorum v.  
 g. brachii, &c. Nihil sane tam certo sanguinem  
 a vasis hæmorrhoidalibus avertit, flu-  
 xumque inde compescit, ac prævertit; quam-  
 secta in brachio vena. Apud J. STORCHIUM  
 (b) sexagenarius quadratus, ac robustus sub  
 inordinatissimo regimine diætetico sic satis  
 tamen ordinatas hæmorrhoides multis annis  
 ex-

(a) Obs. med. Libr. 3. Obs. 25.

(b) Obs. clin. ann. I. Mart. d. I. Nro. 8. p. 37.

expertus incidit in ischiadem, quam suo consilio Væ. Se. in brachio, præsente fluxu hæmorrhoidum aggressus, & ischiadem & fluxum sustulit. Hujus autem in locum successit assiduus tenesmus, cum excretione materiæ albæ mucoſæ, & subinde purulentæ, imo calculorum pisa, fabasque æquantium. Doloribus nunquam intermittentibus, & nec horæ somnum concedentibus crura demum œdema inflavit ac per trimestre cum lunationibus jam increscens; jam decrescens tandem in plenilunio mortem attrulit. Vir alius (a) 30. annis major ab adolescentia fere ad 30. annum crebris narium hæmorrhagiis, semper tamen levantibus, obnoxius, ex quo iis per aliquot annos caruit, multos flatus, ac borborygos patiebatur, & a levissima causa diarrhoeam, ita ut demum etiam hæmorrhoidum fluxum observaverit. Cum autem copioſæ ab aliquo tempore cerevisiæ potu plethoram sibi causasset, Væ. Sem. in pede celebrare statuit; sed chirurgus persuasit in brachio faciendam; a qua æger (forte ob instantem tunc hæmorrhoidum fluxum interceptum) continuo ventre male habere, tumereque cœpit, non quidem aquoso tuniore; sed quasi glandulis induratis abdomen refertum esset. A corporis motu ocyus magnopere languebat non sine scotomia. Postmodo per 14 dies  
fæpe

---

(a) Ibidem anno. 2. Oct. d. 4. Nro. 9. p. 467.

fæpe colicæ, & pruritus ani infestabant. Lar-  
ga idcirco Væ. Sio. in pede facta, sanguine  
nigroeducto. Postridie toto ferme corpore  
præsertim circa pectus, ac humeros, nescio  
quos motus sentiebat, qui cum hæmorrhoi-  
dum nisus esse viderentur, datum infusum  
millefolii mane bibendum, & quandoque do-  
sis pilul. lenium. A. Væ. Snc, ! remedisque  
pene convalescens cum repente excanduisset  
ab ira, in pectoris incidit oppressiones cum  
tussi. Datum ea propter.

R. Ræ rhei ʒʒ,  
— ♀ ʒi.  
Ol. anisi ʒʒ. M.

S. m. & v. gtt. 30. Unde sensim mitius  
habens non tamen ante ex toto convaluit;  
quam proximo vere, postquam multi in fa-  
cie vari, per æstatem numero aucti, effloruis-  
sent. Abhinc sic satis recte valebat; sed non  
sine ciborum delectu, & mensura, nam a co-  
piosis, vel crudis cibis, stomachi semper nas-  
cebatur pressio. Tandem vero iterum sese  
hæmorrhoides quandoque insinuare cœperunt.  
Perinde apud M. ETTMÜLLERUM (a) „mulier  
„vegeta, & floridæ faciei, corpulenta, cete-  
„ra sana: indeque luxui dedita, ætatis præ-  
„ter-

---

(a) Colleg. consulat. Cai. 13. opp. T. 2. P. 2.  
p. 164.

„ter propter 49. annorum, & quod excurrit,  
 „conqueritur de dolore lumborum lancinante,  
 „& gravative distendente, successive incre-  
 „cente, una cum intenso dolore ardente, ro-  
 „dente, & nonnihil pulsante in interioribus  
 „podicis: hinc laboriosam dejectionem pati-  
 „tur in tantum, ut quoties eam exonerare  
 „nititur; hoc cum summis fiat doloribus.  
 „Accedit tunc extremonrum tremor, phlogosis  
 „& aestuatio ex praecordiis caput petens, cum  
 „faciei rubore intenso, & largo sudoris per  
 „frontem, & tempora defluxu. Patitur hæc,  
 „quoties alvum liberat, istis prioribus pathe-  
 „matis continuo eam torquentibus. Medi-  
 „cus ordinarius varia ordinat interna & ex-  
 „terna; linimenta & fomenta, clysmata, ve-  
 „nam in brachio secat, &c. Levatur his ma-  
 „lum, sed supervenit difficilis respiratio, ita  
 „ut quoties parum ambulat, vel aliquot  
 „saltē scalas ascendit, spiritus nonnihil  
 „intercipiatur, & libera respiratio impediatur  
 „cum pulsatione sensibili in temporibus, &  
 „pedibus. Molestissimo hoc malo aliquam-  
 „diu conflixtata, & diversi mode tractata a  
 „medico, illud pedentini evanescit; sed  
 „... redeuntibus istis prioribus in lumbis,  
 „ano, & vicinis regionibus malis.“

## §. LV.

## §. LV.

INTERCEPTIO *hæmorrhoidum*, vel fluxu  
illarum cohíbito, vel nísu ad anum eliso,  
multiplicia mala post se trahere, ipsamque  
aliquando mortem causare solet, præsertim  
si hæmorrhoides vel criticæ fuere, vel habi-  
tuales. Ac fluxus quidem monente A. C.  
CELSO (a) „in quibusdam parum tuto sup-  
„primitur, qui sanguinis profluvio imbecil-  
„liores non sunt; habent enim purgationem  
„hanc; non morbum: ideoque curati qui-  
„dam, cum sanguis exitum non haberet; in-  
„clinata in præcordia, ac viscera materia su-  
„bitis, & gravissimis morbis correpti sunt.“  
Et narrante J. L. HANNEMANNO (b) „Pastor  
„quidam . . . hæmorrhoidibus laboravit, &  
„si non fluenter stato tempore, ea sympto-  
„mata pati solebat, quæ patiuntur mulieres  
„in mensium suppressione.“ Quibus a causis,  
hæmorrhoides intercipi soleant; paulo ante  
ex ordine vidimus, mala autem inde nascentia  
cum infinita esse possint; tum præprimis  
illa esse solent, quæ molimina hæmorrhoida-  
lia constituunt. Crebriora sunt

I. Ver-

(a) L. c. L. 6. C. 18. Nro. 9.

(b) Acta med. Hafniens. Vol. 3. Obs. 18.

(c) Vide §. præcedent.

1. *Vertigo*, quam cum cephalalgia quodam in viro L. HEISTERUS (a) observavit. Perinde p. ALPINI (b) „Senator venetus proximo anno a suppressis hæmorrhoidibus, quas multos annos habuit, in affectum scotomaticum incidit.“ Plures quoque insig-nes vertiginis a restituantibus hæmorrhoidibus, & ad caput regurgitantibus catius refert F. HOFFMANNUS (c): his adde matronam LAN-CISII (d), virumque TISSOTI (e).

2. *Insania*, ut est melancholia præser-tim, ac mania, &c. ut ex GALENO (f) super-ius meminimus, id quod etiam ZACUTI in gradata (g), viro (h) ac juvene (i) est ob-servatum, queis omnibus melancholicum de-lirium ex intercepto hæmorrhoidum fluxu, ac niſu accidit. Et H. LUDOLFF (k) „nota mihi sunt

(a) L. e. Band. Nro. 578.

(b) Med. method. Lib. 2. p. 371.

(c) Med. rat. syst. T. 4. P. 4. C. 3. Obs. 2. §. 8.

(d) Vide §. 115. Nro. 3.

(e) Vide §. 104.

(f) Vide §. 53. III. A. Nro. 2. f)

(g) Vide §. 115. Nro. 3.

(h) Vide §. 116. Nro. 1. g)

(i) Vide §. 117. b.

(k) Diff. de utilitate fluxus hæmorrhoidalis (4to

Erfurt. 1721. Resp. I. G. BREITHAUPP) §. 40. p. 23.

„sunt (ait) ex propria observatione duo ex-  
 „empla melancholia hypochondriaca virorum  
 „affectorum, ex malo hæmorrhoidum pro-  
 „gressu orta. Primus erat vir juvenis <sup>28</sup>  
 „annorum circiter, admodum plethoricus,  
 „frequentibus narium hæmorrhagiis antehac  
 „obnoxius, a prima adolescentia vitæ seden-  
 „tariæ propter studia assuetus; cui vitæ ge-  
 „neri cum magis, magisque pertinacius in-  
 „dulgeret, & motus voluntarios corporis  
 „parcissime institueret, corpusque, animum  
 „que scrupulando, meditando, lucubrando,  
 „ac judicando eximie defatigaret, incidit in  
 „hæmorrhoidum externarum suppressionem,  
 „quibusjam aliquoties obnoxius fuerat, &  
 „hinc successu temporis varias molestias pref-  
 „sorias, tensorias in abdomen. Jungeban-  
 „tur his animi perturbationes, vigiliae, in-  
 „somnia anxia, meticulosa, & ubi affectus  
 „summe vigebat, vim sibi inferendam confi-  
 „tebatur patiens: es wäre ihm, als wenn er  
 „sich immer ermorden müsse. Sed per DEI  
 „gratiam restitutus est. Alter patiens sexage-  
 „nario major, cholericō - melancholico - ple-  
 „thoricus per multos annos hæmorrhoides  
 „internas bene fluentes expertus, hinc san-  
 „itate optima, ac laudabilissima per ætatem  
 „fruens, incidit in illarum plenariam suppres-  
 „sionem, quam mox infœcata est melancho-  
 „lia hypochondriaca cum furibundis aliquando  
 „symptomatibus stipata: hec tunc jungebatur,  
 „& mors post aliquot menses vitæ finem fa-

„cie-

„ciebat.“ STORCHII (a) quoque mulier juvenis cholericō-melancholica, tempore hæmorrhoidum dolentium ira, litibusque affiduis fluxum illarum intercipiens, incidit inde vesperē quodam in lypothymiam cum cardialgia & delirio. Mane hora 3tia datus ſis e ſale nitro, ac cinnabari cum levamine. Ad horam 5tam, cum faucium strangulatio denuo immineret, ſecta ocyus pedis vena, inducias fecit, & subiuncta Rā fi. pap. rh. c. liqu. anod. min. ægræ pristinam ſenſim valetudinem redidit. Alii vero a suppressis hæmorrhoidibus in graviora etiam deliria, iſpumque in furorem aguntur, ut ebrio LUDWIGII (b) evenit, & apud HIPPOCRATEM (c) dum „ALCIPPE PUS per ora venarum, qui in ano ſunt, ſanguinem fundere ſolitus curari vetabatur; curatus infania correptus eſt, quæ febre acuta ſuccedente ceſſavit.“ Memorabilem etiam id genus caſum F. HOFFMANNUS (d) narrat: „vir fere 50us ex suppressis per potum aquarum ſalubrium frigidum, & balnea hæmorrhoidibus podagram, & malum hypochondriacum, & ſpasticum ſibi contraxerat, & . . . me in conſilium adſcito . . . multum levabatur, ut etiam hæmorrhoides,

„qubꝫ

(a) L. c. ann. 7. Martii. d. 4. p. 410.

(b) Vide §. 104.

(c) Epidem. Libr. 4. Nro. 43.

(d) L. c. T. 3. S. 1. C. 9. §. 18.

„quæ diu substiterant, redirent. Cum ve-  
 „ro paulo largius fluenter, enixè a me pe-  
 „tiit, ut profluvium compescerem, quod ta-  
 „men constanter renui . . . sed æger inde  
 „magnum periculum, ac debilitatem metu-  
 „ens . . . ab extraneo medico me inconsul-  
 „to medicinas fluxum suppressentes, quibus  
 „opiata, & martialia immixta, impetravit,  
 „iisdemque crebro usus est. Jam pulcherime  
 „omnia succedere videbantur; fluxus quippe  
 „3tio die subsistebat, æger ambulabat sanus,  
 „nihilque damni metuebat, ac residua phar-  
 „maca per 4. adhuc dies ingerebat; sed nocte  
 „concubia letalibus opprimebatur symptomis  
 „tibus, ac incredibiles primum präcordiorum  
 „anxietates, inquietudinem, & atrocissimos  
 „ventris dolores perfundiebat cum arctissima  
 „alvi constrictione, quæ nec clysteres admittis-  
 „tebat, tantoque erat vis morbi, ut omnia  
 „antispasmodica, cinnabarina, & clysteres  
 „oleosos eiuderet, ac 3tio die, posteaquam  
 „æger adhuc ira correptus esset, aphonja, de-  
 „lirio, & convulsionibus funestum sortiretur  
 „eventum. Facta postridie sectione vidimus  
 „cum stupore non modo intestinum rectum;  
 „sed & totum coli tractum in sinistro latere  
 „ita constrictum, ut digitii crassitatem vix su-  
 „peraret, ventriculum inflatum, & in quibus-  
 „dam locis inflatum, ejusque cavitati se-  
 „rum sanguinis putridum innatans; reliqua  
 „omnia viscera bene constituta.“ Capitis sec-  
 tio non est concessa.

Per-

Perinde B. W. ROEDDERI (a) viro illustri  
hæmorrhoides cœcas perquam inflammatas,  
ac dolorificas nacto, cum interna temperan-  
tia, extusque unquentum de linaria cum oleo  
momordicæ in uium ducta dolores non ocyus  
abigerent, agyrtæ consilio unquentum de li-  
thargyrio illitum, eos continuo sustulit; sed  
postridio phreniticus factus æger adeo fure-  
bat, ut rabidi canis instar circum se omnia  
morsu impeteret, ac larga licet Væ. Sæ. fac-  
ta, 3tio die extinctus est.

3. *Apoplexia.* TRAJANUS Imperator,  
ita id e D. CASSIO referente XIPHILINO (b)  
„a represso subito sanguine, qui quotannis  
„ipſi per inferiora ſecedebat, in apoplexiā  
„incidit adeo, ut pars quædam corporis inde  
„resoluta eſſet; tandem autem in univerſum  
„hydropicus factus periit.“ Haud ſcicius J.  
G. BOETICHERRI (c) „vir robustus 48 anno-  
rum fætor, & civis Hafniensis opulentus,  
„temperamenti cholericō - ſanguineo - melan-  
„cholici, animi morosi admodum, invidi, &  
„iracundi, ut a leviflimis cauſis vehementer  
„commoveretur, ex improvifo, cum a medi-  
caſtro

(a) Abhandl. über F. J. HOFFMANN von der ge-  
wissen Vorherſagung des Todes in Krank-  
heiten. §. 15. Anmerk. p. m. 70, sq.

(b) Epitom. histor. p. 350.

(c) Act. nat. cur. Vol. 6. Obs. 40.

„castro . . . hæmorrhoidum fluxus, quem  
 „singulari naturæ beneficio utpote plethori-  
 „cus, & per multos annos hypochondria-  
 „cus, ordinate haçtenus expertus fuit, ad-  
 „stringentibus eidem suppressus fuit, apople-  
 „xia satis vehementi non tamen prorsus fune-  
 „sta corripiebatur, quæ dein adhibitis con-  
 „venientibus remediis in dextri pedis paræsin  
 „degeneravit, hacque quoad maximam par-  
 „tem sublata tanta tendinum istius pedis sub-  
 „sequebatur rigiditas, ut sine summa mole-  
 „stia incedere, & obambulare haud potuerit.  
 „Oculi ipsius inde notabiliter minores evase-  
 „runt, & intro quasi acti apparebant, hinc  
 „que torvus omnes semper intruebatur ob-  
 „vios. Intemperantiæ admodum erat dedi-  
 „tus; ideoque, quando vino inebriatus crat,  
 „sæpen numero, & tantum non semper epilep-  
 „siæ paroxismo graviter tentabatur. Acidu-  
 „lis, & thermis Pyrmontanis . . . usus qui-  
 „dem fuit; sed magno cum detimento: si-  
 „quidem . . . tendinum, & nonnullorum  
 „musculorum pedis rigiditas incrementum  
 „non exiguum cum frequentius recurrente pa-  
 „roxismo epileptico postmodum cepit; qui  
 „antea, tametsi sæpius mero oneratus fue-  
 „rit, non adeo vehemens, frequensque fue-  
 „rat. Ad historiam morbi paulo accuratius  
 „concipiendam recordari non pigebit, quod  
 „priora pathemata hypochondriaca cum aug-  
 „mento mali potissimum consistere deprehen-  
 „derim in copiosis doloribus spasticis, circa  
 „hypochondrium præcipue sinistrum, sese ex-  
 „seren-

„serentibus, molestissimo flatuum proventu,  
 „intumescentiam saepius renitentem efforman-  
 „te, & ad suffocationem usque cum frequen-  
 „ti tussi sicca, urgente, borborygmis multis,  
 „tormentis colicis fere similibus, strictura  
 „gulæ atroci & frequenti, cardialgia dira, &  
 „pertinacissima alvi obstruktione, quorum om-  
 „nium intuitu solum phlebotomiam in pede si-  
 „nistro institui curavi, sed & medicamenta  
 „appropriata, ac ad hæmorrhoidalis fluxus  
 „revocationem congrua exhibui: quibus etiam  
 „morbi ferocia aliquatenus quidem mitigata  
 „fuit; sed hæmorrhoidum beneficium nondum  
 „conciliari, vel reparari, multoque minus  
 „morbus tam inverteratus eradicari poterat.  
 „Hinc fluidorum dyscrasiam tollere niteba-  
 „mur, remediis alterantibus, cacochymiam  
 „bilioso - acido - crassam, viscidam in primis  
 „viis, & mesenterio stabulantem incidentibus,  
 „præcipitantibus, abstergentibus, & evacuan-  
 „tibus, vitia hepatis corrigentibus, prima-  
 „rum viarum pariter, ac reliquorum abdomi-  
 „nis viscerum spasticam stricturam tollentibus,  
 „atoniam autem externarum partium auferen-  
 „tibus, easque roborantibus, porro menin-  
 „gum cerebri læsam oscillationem, indeque  
 „dependentem totius systematis nervosi, &  
 „omnium membranarum, fibrarumque motri-  
 „ciuni partim irregularem contractionem spas-  
 „modicam; partim etiam atoniam emandan-  
 „tibus, & quidem in forma decoctorum, in-  
 „suforum, essentiarum, pulverum, & pilular.  
 „non neglectis externis tonicis congruis ex  
 „spi-

„spirituosis, oleosis, & balsamicis paratis, ac  
 „subinde applicatis: hisque omnibus tandem  
 „obtinuimus, ut pedis rigiditas non modo a  
 „pristino rigore multum remiserit; ægerque  
 „passim in civitate obambulare, suaque offi-  
 „cia exequi potuerit; sed & paroxismus epi-  
 „lepticus mitior evaderet, rariusque recur-  
 „reret, quin & pathemata hypochondriaca  
 „leniora persentiscerentur. Pulsus dextræ  
 „manus interim durus, inæqualis, saepe ce-  
 „ller, saepeque intermittens observabatur. Quo-  
 „niam vero dissoluto, & inordinato vitæ ge-  
 „neri, intemperantia, gulæ, & iracundis com-  
 „motionibus nimium indulgebat, atque ab  
 „hisce vitiis . . . abstinere noluit, apople-  
 „xia tandem . . . subito extinctus fuit.  
 „Hoc vero præfigium eo certius confirmare  
 „potuit eventus, quo manifestius jam erat,  
 „quod ob incrementum contractionis oculo-  
 „rum, dolorumque pedis, & occipitis spasti-  
 „corum, quin etiam ex levi quacunque oc-  
 „casione recurrentem epilepsiam, & pertina-  
 „citer continuantem morbum inveteratum ab-  
 „dominalem, depravata denique fluida, & pro-  
 „stratum solidorum tonum totius machinæ  
 „ruina proxime jam jam immineat.“ Perinde  
 LANCISII (a) matronæ subsistens hæmorrhoidum fluxus apoplexiæ, & apoplecticum quid  
 HÆBNII (b) ægro attulit. Soporosa inde

HOFF.

(a) Vide §. 115. Nro. 3. (b) Ibidem.

S

HOFFMANNI (a) vidua facta est. Apte hoc etiam J. STORCHII (b) casus referri potest de cholerico 50 annis majore, præcocis iræ, & ad hæmorrhoides proclivi, qui finiente Martio 1729. erum lassitudinem, & memoriae imminutionem questus, retulit se ante 4 hebdomadas barycoiam, & amblyopiam, ac paulo post anorexiā experiri cœpisse, & post 14 dies Væ Sem. in brachio subiisse sine levamine. Suspicatur Auctor hæmorrhoides vehementi ira fuisse suppressas, & ad caput regurgitasse, huncque tanguinis nisum Væ. Snej. brachii evassisse pertinaciorem. Frustra autem fuit omnis ad revocandas hæmorrhoides conatus: hirudines ano admotæ, Væ. Sio. in pede circa æquinoctia, ac solstitia facta pilular. BECCH. & ♂ antispasmod. assiduo fere usus, tum aquæ amaræ, ac Liebsteinensis potus nihil opis attulere. Quamvis enim appetitus, visus, auditusque aliquatenus redierint; memoriae tamen labes mansit eadem. Exacto sic incassum fere anno æger ab aliis etiam opem poposcit, successu nihilo meliore. Tandem 1731. obiit, postquam ultimo vitæ semestri rationis, memoriaeque prorsus impos evassisset. Funestiorē isto etiam historiam litteris prodidit, G. E. SCHMID (c)

de

(a) Vide §. 119. Nro. 5.

(b) L. c. ann. 7. Mart. d. 4. p. 86.

(c) Diss. sistens virum apoplexia extinctum ab hæmorrhoidum inconsulta suppressione 4to Alterius 1723.

de viro aulico, 40. annum egresso, vinoso-  
que, qui ducta uxore juvencula incidit in  
uberem, diutinumque haemorrhoidum fluxum.  
Accitus veteranus medicus idoneis remediis,  
ac diaeta convenienti id praestitit, ut sanguis  
nec tanta jam copia, nec quotidie excerne-  
retur, parumque abesset, quin fluxus ad men-  
struas redigeretur periodos. Sed restinatio  
uxoris virum perdidit. Clam illa ab alio me-  
dico remedia fluxum cohibitura adferri jubet,  
(in MRA. sapore ⊕ ♂, ac terra catechu,  
odore etiam opium detectum), queis per 2  
vel 3 dies usurpati ita omnia e voto pro-  
cessere, ut æger ultimo convivio amicos ad-  
hibens abitum domum pararit; sed nocte in-  
sequente æger repente aphonya, convulsivo  
superiorum artuum tremore, ac sterore cum  
spuma oris correptus annis insuper tam arcte  
constrictum habuit, ut enema non admiserit.  
Paulo post exspiravit. Thoracis, abdominis-  
que viscera omnia secundum naturam reperta  
sunt; solum intestinum rectum, ac potissimum  
sui parte colon usque adeo visebantur con-  
stricta, ut crassitatem auricularis digitii vix mul-  
tum excederent. Harum partium vasa san-  
guinea prorsus vacua fuere; sed in tenuibus  
intestinis bina erant loca sanguine referata, ac  
velut inflammatata. Sectio capitis non est con-  
cessa. In ultimo illo convivio cum vino æger  
abstinuerit, ciborumque parum admodum as-  
sumserit, ut a morte etiam ventriculus & in-  
testina docebant; causa mortis non cibis aut  
vino, sed exhibito repente fluxui tribuenda

est. Si non idem, simillimus certe est casus hic illi, quem ex HOFFMANNO superius (*a*) dedi.

4. *Paralyfis vel ex apoplexia, vel per se, eaque vel partialis, vel alterutrius lateris*  
 HIPPOCRATES (*b*) „ex venis in ano (ait) san-  
 „guinem fundere solitis aliquantum apparen-  
 „tibus tenebricosæ vertigines obortæ parvam,  
 „ac sensim factam partium resolutionem indi-  
 „cant; ex quo liberat Væ. Sio. & quidquid  
 „hujusmodi apparere solet, mali aliquid de-  
 „nunciat.“ Apud HILDANUM (*c*) „septuage-  
 „narius quidam . . . a multis annis, singu-  
 „lis mensibus fluxu hæmorrhoidum laborave-  
 „rat, cum vero tandem in decrepita ætate,  
 „& in hyeme suppressus esset fluxus, & æger  
 „vernum tempus expectaret, ut eas aperiri  
 „operam daret, en quadam die post prandi-  
 „um, cum rotam molæ circum volventem  
 „attente inspiceret, vertigine primo, mox  
 „quoque paralyfi dextri lateris correptus fuit.  
 „Ego cum . . . hæmorrhoidales venas appe-  
 „ruisse, suppressas enim esse probe sciebam)  
 „brevi ipsum restitui; quod alioquin in de-  
 „crepita hac ætate, & tempore frigidissimo  
 „vix fieri potuisset.“ J. D. GOHLIUS (*d*) nar-  
 rat

(*a*) Vide præced. Nro. 2.

(*b*) Coacor. Nro. 346.

(*c*) De valetudine tuenda opp. p. m. 645.

(*d*) L. c. dec. 2. vol. 1. fæst. 1. p. 29. sq.

rat medicum melancholico - cholericum 56 annorum ex motu hæmorrhoidum externarum nephriticum calculosum, aliquamdiu hæmaturia, & ischuria laborantem (quæ mala periodice affligebant), spreto Væ. Snum. prophylacticarum consilio, tandem post modicam, sed insuetam vini Hungarici potationem in lassitudinem cum pressorio intra frontem dolore, tum balbutiem, frigus, ac denique hemiplexiam incidisse, urina, quæ haetenus diu, assiduoque cruento mixta erat, sanguinis omnis experie facta, & qno morbi die vera apoplexia obiisse.

5. *Spiratio difficultis*, ut dyspnæa, quam cum tussi sunt experti PLENICIZII (a) vir, & tinctor WEISZII (b); anxietates asthmaticæ, ut in GENSELII (c) viro; suffocatio orthopnoica, quam ad leviorem etiam corporis motum perpetiebatur STAHLII (d) vir; &c. Horum etiam numero accensenda venit, STORCHII (e) ægra, quæ cohibito magnis dosibus Væ Japonicæ fluxu in spirationis difficultatem incidit

(a) Vide §. 115. Nro. 3.

(b) Vide §. 124.

(c) Vide §. 62. b)

(d) Vide §. 84. c)

(e) L. c. ann. 5. Januar. d. 4. §. 3. p. 25. & von den Krankh. der Weiber. 8. B. Casu 48. p. 199.

cidit. Maxime autem dignus memoria est casus, quem G. E. HERMANN (α) observavit: vir 48 annorum, robustus, sanguineo-chole-ricus, in juventute crebras narium hæmorrhagias cum cephalgia, & subinde scotomia vertiginosa pati solitus, Væ. Sbus., ac pediluviis semper ab his liberabatur. Postea laboriosam cum assiduis itineribus viram amplexus 7 fere annis sanissimus vixit. Anno ætatis 31mo ditissimam nauctus uxorem cum opipare, ac otiose vivere coepisset, obesus, plenioriusque evasit: unde anxia insomnia, facies ruberrima, gravitas, ac lassitudine artuum, vertigo, perfrictiones crebræ cum dyspnœa. V. Ses. cathartica iterata, temperantia, diæta severior, & corporis motus pristinam restituuerunt sanitatem. At cum post aliquot annos in curis, ac mœrore minus iterum corpus moveret, ex improviso incidit in spasticos dolores tensivos circa stomachum præsertim, & hypochondria. Tandem nescio quæ sensatione in ano prægressa paucis post diebus completo 39vo ætatis anno, furentes hæmorrhoides enatæ sunt, quas cum sacculi herbarum resolventium cum camphora, suffitus, et unquent, de linaria discutere nequirent. Auctor sequeens sibi saepè expertum adhibuit remedium.

B. Mu-

(α) Primit. phys. med. Polon. Vol. 3, p. 55. sqq.

- R. Mucil. sem. cyd. ▽a, sperm. ran. extr. ʒj.  
 V camphorati ʒij.  
 Sach. ḥni. ʒj.  
 Vitell. ovor. Nro. 1.  
 Olei. rosar. ʒj.  
 Terebinth. pauxillum.

Interna data eccoprotica, & antiphl. temperantia. His æger prorsus convaluit, & abhinc sub ordinato dein haemorrhoidum fluxu plures annos recte valuit, donec 45to ætatis anno post iram rediisset morbus cum saevi ani dolore. Hic sibi sine remediorum usu relictus nocte quadam dispareret, ægerque asthmatice corripitur: Mane coryza, tussisque urgent, exscreat viscida. Sedta in pede vena, pediluvia, & enemata crebrius, adhibita tumorem aliqualem in ano revocarunt, cui ocyus hirudines admotæ. Ab his spirandi rediit libertas. Verum factis licet ad æquinoctia phlebotomiis, ac pediluvii, idoneisque remediis internis usurpati, ex laevi tamen causa renascebantur haemorrhoides coecæ, has que consequebatur humorum ad pectus congestio; integris quidem cum viribus; tum appetentia. Horum æger impatiens operi alius medici implorat. Mittit iste pilulas ȳles, cinnabarinas, essent. varias ȳles, nec non species limaturam ȳris continentem, pro decocto aquoso m. & v. hauriendo. His remediis, dissuadere licet Auctore, per triduum usurpatis corripitur totius corporis tremore, palpitatione cordis, sibilo pectoris, aurium fur-

susurro, & aliqua mentis emotione. Abiectis ergo his remediis enemata, ac lenientia remedia morbum abegere, ægerque iterum convaluit; nisi quod ad finem usque 47. anni saep revocarentur hæmorrhoides cœcæ, & humorum ad pectus congestio. Tandem dum ob insignem calamitatem domesticam ira ingenti exarsisset, quo tempore tumebant hæmorrhoides, repente palbutie & amnestia corripitur, lapsuque temporis tanta memoriam jaætura secuta est, ut præteritorum vix recordaretur; præsentia vero cum impotentia loquendi proferret, salvo tamen judicio. Casus fuit omnis labor in obtinenda humorum ab encephalo revulsione, nec hæmorrhoides amplius seu cœcæ, seu fluentes redierunt. Post exactas ita 18 hebdomadas repente doles spasmодici ventrem, pedesque invaserunt, in dies increscentes cum pressione ad scrobiculum cordis, & alvina abstractione: quo facto post 8 dies pristina rediit & loquendi, & reminiscendi facultas; verum succedebat pedum tumor, insomnesque noctes extra lectum ducebantur. Sub initium quartæ hebdomadæ suffocatio coorta brevi mortem intulit. Felicior isto fuit J. STORCHII (a) vir corpulentus, 34 annorum, ictero colicæque alias obnoxius, & ab restitante fluxu hæmorrhoidalí asthmaticus factus, quem tamen

---

(e) Obs. clin. ann. 8. Julii. d. 4. p. 545.

tamen auctor idoneis remediis pristinæ restituit sanitati. In annalibus Vratislavensium  
 (a) vir juvenis 20. annis major, patre podagrīo, matreque calculosa prognatus, post  
 multas narium in pueritia hæmorrhagias, dein  
 ex peregrinatione, ubi gravi febre acuta con-  
 tinua decubuit, redux überem, ac per 3. an-  
 nos fere quotidianum hæmorrhoidum fluxum  
 naestus est, ægre, nec nisi variis tentatis co-  
 hibendum; cuius in 3tium jam abhinc annum  
 non reversi locum varia capitīs, pectorisque  
 mala sensim successerunt, ac tandem etiam  
 gravis raucedo, & parycoia supervenit.

#### 6. *Febres omnis generis, videlicet*

a) *Acutæ continuæ.* H. LUDOLFFI (b)  
 vir macer, plethoricus, 40 annis major, vitæ  
 sedentariae ob studia deditus, internasque hæ-  
 morrhoides jam sæpius non sine insigni eu-  
 phoria perpetuus, cum aliquando fluxum ea-  
 rum profusorem naestus fuisset, medicus illum  
 simul, ac semel suppressit. Quo facto fecutæ  
 gravissimæ circa præcordia angustiæ, ac febris  
 acuta, cum multa mentis perturbatione, quam  
 post paucos suppressionis dies mors exceptit.

Per-

(a) Tent. 23. A. 1723. Mart. d. 2. art. 1. §. 2.  
 p. 260.

(b) Diff. cit. §. 39. p. 23.

Perinde STAHLIUS (*a*) „in femina illostri hæ-  
„morrhoidales protuberantias, etiam externas  
„per aliquot annos adfuisse meminit, quibus  
„denique resiccatis, mulierum consilio, &  
„aucta persona ipsa cum febre acuta epidemia  
„corriperetur, facta metastasi ad splenem 7mo  
„die nigra copiose vomuit, & mortua est. Ha-  
„bitus erat valde sanguinei, mollis, teneri,  
„status plethorici, aliquoties abortibus in-  
„festata.“

b) *Chronicæ lentæ, hæsticæ, intermit-  
tentæ.* Ita refert A. MARCELLINUS (*b*) e vi-  
vis excessisse VALENTIANUM Imperatorem,  
„arefactis ideo membris, quod meatus ali-  
„qui, quos hæmorrhoidas nunc appellamus,  
„observati sunt gelidis frigoribus concrustati.“  
Meminit & STAHLIUS (*c*) senis 60. annis ma-  
joris, robusti, ac hæmorrhoidarii, qui humi-  
da, turbulentaque hyeme incidit in hæmorr-  
hoidum suppressionem, indeque in pathemata  
colica, convulsiva, asthmatica, inflationem  
ventris, cum nausea, & anorexia; queis  
paulo post, cum nil nisi potulenta sumeret,  
febris lenta se jungens hominem conficit.  
Haud multum ab hocce abludentem casum.

J.

- 
- (a) Diff. de hæmorrhoid. internar. motu. Cap. I.  
p. 5.  
(b) Lib. 30. p. 427.  
(c) Colleg. casual. magn. Casu 14. p. 181. sq.

J. D. GOHLIUS (a) describit & LUDOLFFI (b)  
 quoque senex a suppressis hæmorrhoidibus in  
 melancholiam, febreisque hedaticam letalem  
 est prolapsum. Hujus quoque loci est, J. P.  
 WOLFFII (c) observatio: consiliarius 72. an-  
 num agens, gracilis, cholericus - melancho-  
 licus, inde a juventute motui corporis, præ-  
 fertim equitationi deditus, sanus, morbos-  
 que quosvis facile superans, ab his demum,  
 & aliis gravioribus, oborto sponte sat largo,  
 at ordinato hæmorrhoidum fluxu ad senium  
 usque immunis præstabatur. Tunc vero a  
 vita sedentaria fluxus sponte iterum desit,  
 integro licet appetitu. Lapso ita semestri,  
 accedente item 6ta Octobr. gravi corporis  
 perfrigeratione, & ira vehementi, senex su-  
 bito horrore corripitur, dein æstu cum tussi,  
 viriumque & appetitus jactura, contumaci  
 alvi adstrictione, tumore ventris flatulento,  
 ac dyspnoea. His insuper se junxere presso-  
 rius pectoris, & ventris dolor, difficilis re-  
 nacissimi muci multo sanguine grumoso misti  
 expectatio, virium in dies major lapsus,  
 carnium insignis extenuatio, urina saturate  
 rubra, pulsusque celer, ac debilis. Alvo  
 enematibus non obediente crevit morbus, fe-  
 brisque 12a Octobris jam pro marasmode  
 habe-

(a) L. c. dec. 2. vol. 1. sect. 2. p. 61. 44.

(b) Vid. præced. Nro. 2.

(c) Act. nat. cur. Vol. 9. Obs. 16.

habebatur. Accitus tunc Auctor potui dat aquam  $\frac{1}{4}$  vini boni, & pauxillo elæosacchari citri acuatam affiduo, affatimque bibendam ad mucum, & alvum solvendam, æstum temperandum, ac vires erigendas. Ad dolores, flatusque dissipandos data hæc:

R. Empl. carmin. SYLV. ʒ. β.  
Ol. bacc. lauri expressi ʒij. M.

Applicetur super ovali aluta ventri. Porro

R. ☉ carminat. de tribus ʒij.  
Liquor. anod. min. ʒj. M.

Sumat ante prandium & cœnam gtt. 40.  
in potu. Pro facilitandis sputis, & dyspnœa  
præscriptum

R. ☉ puri.  
♀ ri ♂ lati Ⅲ ʒj.  
Cinnab. nat. gr. xv.  
Liquirit. coct. ʒj.  
Ol. stillat. foenic. gtt. iij. M. F. ʒ.

S. m. & v. 1/3 ex infuso theæ cum se-  
mine badianæ. Porro

R. ▽æ. rosar. & bugloss. Ⅲ ʒij.  
— cinnam. cydon.

— veron. Ⅲ ʒj.

Flor. benzoës.

Cinnab. nat.

ʒ rad. irid. florent. Ⅲ ʒj.

Oxymel scillit ʒ. β. M.

S. alternis horis cochl. ij. Nox placido somno transacta, & 13a Octobr. melius habuit, pulsu facto tardiore, animo hilariori, levatisque symptomatis. Post insomnem autem noctem die 14a rursus debilitas erat major, siccissimum os, ac pulsus celerior. Prioribus ergo addita:

R. ☉ irid. florent.

— glycyrrh. ॥ 3ij.

Confeſt. alkerm. incompl. 3ß.

Sachar. canar. ▽a. cinnamom soluti 5jß.

Clyſſi ☉ii △rati q. s. ad grat. acorem F. l. a morsuli ad siccitatem tollendam

R. ♂ lil. convall.

— Lavend.

— Matricar. ॥ 3ij.

▽ camphorati 5ß. M.

Ope quadruplicati linteī applicetur vertici, ac temporibus. Nocte inde placido somno exacta, sub diluculum diei 15æ nova inquieris, pulsus celer, siccum os, æstus cum siti major, pectoris pressio, difficilia sputa, variæ a flatibus molestiæ, & dysuria. Renovatum ergo in ventre emplastrum; thoraci vero impositum calidum cataplasma e cepis in oleo olivarum frixis, & dysuriæ causa data M.Ra. :

R. ▽æ. cerasor. nigr.

— hyſſopi ſine vino ॥ 3jß.

Sem. lycopod. 3ß.

○ depurat. 3j.

Syrup. papav. rhœad. 3lij. M.

S. s<sup>e</sup>p<sup>i</sup>us cochl. ij. Ab his diē 16a omnia symptomata emendata, lotiumque facile missum, copiosum, turbidum, ponens paulo post sedimentum roseum, ac furfuraceum, donec die 19a evasit naturale, conquiescente febri, reversoque appetitu. Solis ergo nunc primis viis tonus restituendus superfuit. Idcirco in prandio vini puri modicum concessum; reliquo tempore aqua vino anatice mixta cum clœfach. citri Data M<sup>o</sup>Ra, tonica:

R. R<sup>æ</sup>. ḡii ♀satæ.

Essent. succin. m̄ 3j.

— Centaur. min. 3j. M.

S. ter de die gtr. 40. Die 24ta tantæ jam vires, ut  $\frac{1}{2}$  die æger lectum reliquerit. Nocte tota dormiit. Ad faburram, si quam forte plenior vietus causasset, data potio:

R. M. P. balsamicar. gr. xv.

Q<sup>r</sup>i. Q<sup>l</sup>ati gr. viij. solve in

▽<sup>æ</sup> fl. acaciae ᷑j. Adde

Syrup. fl. persicor. ᷑j. M. D. mane pro haustu. Cum nil præstaret, circa meridiem subiunctus ḡ ex infuso theæ:

R. ḡ rad. jalappæ gr. x.

⊖ Epionens. ᷑j. M. D.

Ab hoc o<sup>ct</sup>ies dejecit cum levamine, ac sub prima mox scybalorum egestione hæmorrhoidum fluxus ultra semestre jam suppressus eru-

erupit, & in triduum duravit cum ea euphoria, ut nihil e morbo superfuerit, præter alvum segnem, & flatulentiam, quæ post aliquot dies redibant. Hinc cessante fluxu ad alvum liberam servandam præscriptum

**R.** Fibrar. rad. hellebor. nigr.

Rad. liquirit.

Polypod  $\frac{aa}{aa}$  3ij.

Fol. S. S. S. 3vj.

Herb. meliss.

Herb. epithym.  $\frac{aa}{aa}$  M. j.

Agarici albiss. 3ij.

Sem. foenic.

— anisi  $\frac{aa}{aa}$  3j. M. concisa, contusa,  
& per aliquot dies quovis mane 3ij. in aquæ  
fervidæ  $\frac{aa}{aa}$  3vij. infusæ D. U. tepide, addito,  
si lubet, iaccharo. Quotidie inde aliquot de-  
jectiones cum euphoria. Mirum autem, ante  
fluxum hæmorrhoidis ptyalismum sponte ac-  
cidisse, & ultra octo dies innoxie durasse,  
forte a morsulis; donec a sequenti reme-  
dio desit:

**R.** **R**æ. **O**ii **Q**satae.

Essent. cort. cascar.

**M.** **D**. dulcis  $\frac{aa}{aa}$  3ij. M.

S. ter de die gtt. 40 Cum autem æger  
appetitui largius indulgens. Sine corporis  
motu, quem inclemensia cœli morebatur in-  
terdum a pastu languorem, ac flatus patere-  
tur, diæta parcior imperata sub usu sequen-  
tium remediorum.

**R.** **R**æ. **G**. hellebor. WEDEL.

Essent. centaur. min.

— — trifol. fibr.  $\frac{aa}{aa}$  dr. 3ij. M.

S. ante prandium, & somnum gtt. 40.  
ex vino. His convalescit, fluxu hæmorrhoidali denuo ordinate, ut prius, statis temporibus procedente.

7. *Alvus clausa* nulla interdum arte humana referenda, id quod vel insuperabilis intestini recti, anique spasmus, ut in HOFFMANNI (a), ac SCHMIDII (b) ægris anatome a morte detexit, & in BEHRENSII (c) literato perinde forte locum habuit, efficit; vel certe abolitio cavi in ano a vasibus, & glandulis recti & cohibito sanguinis effluxu tumentibus, præsertim, si & siccitas intestini recti, & scabiorum simul durities ad id concurrant. In Annalibus Vratislaviensium (d) plethoricis quidam ab hæmorrhoidibus multas ad superiora regurgitationes passus, iraque admodum deitus, neglecta Væ. Sæ. autumnali, ventris repletionem, tensionemque pati cœpit; inde soda, & febre acuta inflammatoria cum singultu non compescendo, ac tanta alvi obstructione laboravit, quam nec enemata acria, salina, lixiviosa, nec cathartica, nec nitrosa, digestiva, diluentia, aliaque idonea data,  
nec

(a) Vide §. 55. Nro. 2.

(b) Vide ibidem Nro. 3.

(c) Vide §. 51. B. a) Nro. 1. §.

(d) Tent. 22. A. 1722. Novembr. d. 2. art. 1.  
§. 4. p. 495.

nec externa vel emollientia, vel discutientia,  
camphorata referare poterant, ægerque de-  
mum inde periit. Sic etiam, referente J. B.  
**ALBRECHTO** (a) „verbi divini minister 60.  
„ferme annorum sub mensis Februarii finem  
„a. c. benignissimum experiebatur fluxum (hæ-  
„morrhoidum). Cum autem una cum quibusdam  
„amicis in convivio poculum vini valde fri-  
„gidum hausisset; alioquin satis tenax diætæ;  
„excretio statim turbabatur, quam ut promo-  
„veret, statim, nescio quas, pilulas absorp-  
„sit, quæ, ut eas gustavi, maximam partem  
„erant alocticeæ. Ubi etiam postridie in ve-  
„hementi illius temporis frigore cultui DEI  
„publico vacabat; inde autem magis ægres-  
„cebat; ut illius finem facere cogeretur.  
„Loco autem quæsitæ evacuationis . . . ta-  
„llis alvi obstructio sequebatur, ab intumes-  
„centia intestini recti, ut ea nullo modo nec  
„per clysteres repetitos, nec fomentationes,  
„nec V. Snem. in pede, nec interna nitrosa,  
„antispasmodica, & resolventia, discutientia  
„tolli posset, sed die tandem 12mo mors se-  
„queretur. Monendum tamen est, obstructio-  
„nem quatridum jam durasse; antequam re-  
„media legitima quærerentur; cum interim  
„varia tentamina non defuisse videantur, qui-  
„bus ægroti status facile deterior redi po-  
„,tuit

(a) *Commerc. Nor.* T. 10. A. 1740. hebdom. 38.  
p. 301.

T

„tuit.“ Néque isto felicior fuit s. REISERI  
 (æ) faber ferrarius, robustus, 30. annis ma-  
 jor ultra annum hæmorrhoidum fluxu gavi-  
 fus, qui illi ligna in flumine colligenti ab  
 aquæ frigore non multo post substitit cum  
 tanta simul alvi difficultate, ut ani speculo  
 aperienda fuerit, per quam modo purulenta  
 egesta cum torminibus doloribusque; modo  
 alvus plures dies clausa cum crebro tenesmo,  
 donec lapidea scybalia globulosa (lapides reap-  
 se domesticis credita) exprimerentur. Tan-  
 dem remediorum, præsertim enematum, de-  
 fectu æger totus emaciatus obiit. In thora-  
 ce serum copiosum repertum, lævus pulmo  
 accretus spumoso scatebat sanguine putredi-  
 nem redolente; dexter flaccidus, maculosus,  
 ac purulentus, nulla licet id tussi in vita do-  
 ceretur. In cordis plane flacci thalamo dex-  
 tro pendulus quidam globulus, pinguedini  
 similis (an polypus?) & albæ quædam fibræ  
 pingues inventæ; in sinistro nihil vitiæ. In  
 abdomine coli flexus totum ventrem tegens  
 brachii fere crassitiem habuit; feces sat coc-  
 tas libratum aliquot continens, & ad hepar  
 usque porrectus; cetera intestina flatu fuere  
 distenta. In recto autem ab ano usque mul-  
 tæ glandulæ  $\frac{1}{2}$  digitum distantes circumcirca  
 adnatæ vera erant alvi adstrictæ, ac pu-  
 rulentæ causa. Venæ fere vacuæ, in colo  
 autem

(æ) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 2. Obs. 117.

autem, & mesenterio turgidæ, crassæque, uti  
glandulæ numerosæ ac insignes. Vesicula felle  
vacua in hepate cetera sano. At non sem-  
per tam funesti est exitus alvina hæc obstruc-  
tio; enim vero G. BAGLIVIUS (a) „novit ho-  
„minem, cui ex hæmorrhoidum suppressione  
„alvus supprimebatur, fecesque difficulter pro-  
„dibant, solutis hæmorrhoidibus statim etiam  
„solvebatur alvus.“ Perinde J. S. ALBRECHTI  
„(b) vir quinquagenarius hæmorrhoidum flu-  
„xum alias benigne persepsus, nunc, ex eo-  
„dem uno abhinc anno cessante, obstruktione  
„alvi, tenesmo, doloribusque nephritico-co-  
„lico - hæmorrhoidalibus intensissimis, siisque  
„misere debilitabatur, multas noctes extra-  
„lectum insomnes ducens. In hoc ægroto  
„elysmata adigi nequibant; statim quippe re-  
„pulsa: neque vel minimas fomentationes  
„externe tolerare poterat æger, ob dolorum  
„atrociam. Proinde solum emplastrum de ci-  
„cuta, illi de meliloto mixtum, imponi ten-  
„tabatur, in subsidium vocatis interne ſibis  
„temperantibus nitroſis, diluentibus ſimul  
„emollientibus, carminativis; interdum quo-  
„que propinata. BECHER, pilularum dosi.  
„Quibus tandem post 10. dies elapsos hæ-  
„morrhoidalis fluxus largus cum euphoria  
„conciliatus fuit, cum antea lapilli aliquot

T 2

per

(a) De fibr. motr. spec. L. i. Cap. i. p. m. 338.

(b) L. c. T. 5. A. 1735. hebd. 30. N. 1. p. 235.

„per urinam excreti fuissent, viciæ magnitu-  
„dinem habentes.“

8. *Dysuria, ischuria*, perinde; ac alvi  
adstrictio, a spasio sphincteris, ac vasorum  
haemorrhoidalium in collo vesicæ infarctu ori-  
undæ. Sic c. VATERUS (a) „novimus (inquit)  
„senem quemdam hypochondriacum ex ob-  
„structione, & suppressione urinæ a suppres-  
„sis haemorrhoidibus orta subito intra 3. dies  
„extinctum fuisse.“ Felicius res cecidit in  
„M. SEBIZII (b) sene decrepito, nonagenario  
„majore, qui intercepto haemorrhoidum flu-  
„xu, in ischuriam gravissimam, valdeque do-  
„lorosam inciderat. Nam cathetere in ves-  
„cam immisso, non urina solum emanabat co-  
„piosa; sed etiam sanguis plurimus, & ab om-  
„ni cruciatu liberatus fuit 2da aut 3ta vice  
„cathetere iterato.“

9. *Tumores* variae indolis, ac saepe mi-  
tri, ab haemorrhoidal sanguine alias ad par-  
tes regurgitante enasci solent, videlicet

a) *Ery-*

(a) Diff. de Haemorrh. fluxu salut. & morboſo.

(4to Witemb. 1717. Resp. I. H. BERGERO)  
thes. 6. p. 9.

(b) Diff. de urinæ suppress. Resp. M. A. SCHIL-  
LING. 4to Argentor. 1651. thes. 67.)

a) *Erysipelas, phlegmone, furunculi,*  
*seu inflammationes, præsertim intestini recti,*  
*in fistulas facile abeuntes, ut superius (a)*  
*meminimus.* Aliquando vicina loca, ac vel  
*maxime vesicam inflammatio corripit.* Sic  
*J. HOFFERI (b) comes sanguineo-cholericus,*  
*ac spongioso laxus post 26. annorum militiam*  
*domum redux uxore ducta in graves, ac diu-*  
*tinas lites implicitus sub inordinato 6. rerum*  
*non naturalium usu sexennem hæmorrhoidum*  
*fluxum regularēm 44to ætatis anno amissum,*  
*biennio impune tulit. Abhinc autem verno*  
*tempore in hypochondriaca incidit symptomata,*  
*quæ sibi relicta initio Novembr. dolorem*  
*sibi junxere circum anum cum sensu corporis*  
*duri, totum sphincterem cingentis, in dies*  
*usque adeo crescentem, ut æger omnia de-*  
*mum stando tantum exequi deberet, insom-*  
*nis, lotiumque flammœum spissum reddens,*  
*cum tumore duro hæmorrhoidalium, ac sper-*  
*maticarum venarum, donec in sequente febru-*  
*ario in gravissimam lapsus est cystitidem, cui*  
*scroti, ac penis inflammatio se jungens in*  
*gangrænam dextrum etiam inguen corripien-*  
*tem abiit, in læva autem nate abscessus sinu-*  
*osus erupit, non sine gangrænosa labe. Ope-*  
*rose sanatus ter adhuc cystitidis recidivam,*  
*nempe Octobr., Martio, ac Nemb. ex ordi-*  
*ne,*

(a) Vide §. 53. II. Nro. 7.

(b) Ac Helvet. Vol. 2. p. 50. sqq.

ne, perpeſſus eſt: abhinc ſanatus non amplius hæmorrhoidum fluxum recuperavit. Hepati quoque ſuppreſſio hæmorrhoidalis fluxus male cedere ſubinde viſa eſt, a qua letalem hepatitidem J. STORCH (a), & J. G. ERNSTI (b) obſervarunt. Anginam quoque ex ſuppreſſis hæmorrhoidibus natam refert L. MERCATUS (c), & furunculos inde natos vi- cat (d) in virgine curandos habuit.

b) *Absceſſus, Ulcera* non ani tantum, de quibus vidimus, verum & aliarum partium, ut articulorum viscerum, &c. ex prægressa nempe vel acuta, vel chronica ibidem inflammatione. Sic vidit c. VATERUS (e) „in „viro quodam . . . ex hæmorrhoidibus male „curatis, & ſuppreſſis firſtulam ingentem in „intestini ſuperiore parte per tunicas latera- „les in veficam urinariam uſque penetratę, „tantæ magnitudinis, ut etiam feces alvinæ „ſimul cum urina transferint; ſiquidem in ca- „davere ipsius post mortem aperto totum fere „intestinum rectum una cum vefica urinaria „ſphacelatum, & perforatum repertum.“ J,

G.

(a) Obs. clin. ann. 5. Febr. d. 4. Nro. 2. p. 56.

(b) Annal. Vratisl. Tent. 29. A. 1724. Julii, d. 4. art. 3. §. 4. p. 41. sq.

(c) De morb. intern. L. 3. C. 7.

(d) Vide §. 62. b)

(e) Diff. cit. theſ. 16. p. 15.

G. SOMMERI (a) vir suppresso, suspensa inter scapulas radice quadam cichorii radici simili, hæmorrhoidum fluxu debilitante, post semestre nactus est in perinæo tuberculum, ex quo sponte rupto biennium egrediebatur sanguis cum pure seroso non sine gravissimo dolore. Multis incassum tentatis demum usu thermarum Pyrmontanarum ulcus coaluit, ac dein hæmorrhoides reversæ sunt, quamvis non raro superfluae. Simile fere est, quod narrat G. E. SCHMID (b) de fene 60 annis maiore, succulenti, spongiosique corporis, hæmorrhoidum fluxui æquinoctiali nullatenus molesto, ac totum pene mensem duranti, a multis annis obnoxio, quo aliquando per frigus, ac terorem suppresso mox humor quidam cum dolore pulsante nascebatur in medio illo spatio, ubi coeuntes nates convalem formant, ita tamen, ut non accurate profundissimo in loco tumor emineret, sed in dextrum magis latus inclinaret. Post aliquot dies tumoris in medio alba efflorescentia maturum pus monstrabat. Cum nemo adessest ulcerum tractandorum peritus, fistula inde nata. Singularem quoque casum narrat, C. T. BURGHART (c) de puero 9num agente annum, sano haec tenus, nec narium hæmorrhagiis.

(a) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 1. Obs. 42.

(b) Diff. cit. §. 10. p. 12.

(c) Satyr. files. medic. specim. 3. Obs. 7. p. 50.

hagiis obnoxio, nec unquam vel crustam lac-  
team, vel aliud exanthema cutaneum passo,  
qui ex improviso multum sanguinis floridi  
per aliquot dies iterato dejicit. Mater dy-  
senteriam esse rata variis adhibitis remedii  
fluxum sistit. Sequitur mox partium circum-  
iacentium inflammatio, ac dein venarum hæ-  
morrhoidalium suppuratio. Ulcus, nescio qui-  
bus, remedii aliquanto post clauditur, sed  
hujus in locum circa poplitem dextrum alii  
abscessus, ac ulceræ foeda pullulant; queis  
denuo sanatis, cœpere hæmorrhoides rursus  
quovis mense fluere, quæ, si consueto tem-  
pore non statim fuerent, continuo nasceban-  
tur vel in facie, vel circa poplitem tumores  
ex inflammatione pus colligentes; ægro pal-  
lido, debili, emaciato, non sine indubia se-  
culturæ mortis prognosi. Utrum autem hoc  
etiam referendum sit ulcus lumbare in viro  
quodam 32. annorum calculoso, ac hæmorr-  
hoidum fluxum semel experto, ut vult J. D.  
GOHLIUS (*a*), viderint alii, siquidem illud &  
a calculo effici potuerit. Nec etiam satis li-  
quet, num vomica pulmonum in M. E. BLO-  
CHII (*b*). Ictericò sexagenario, in hæmorrhoi-  
dalibus fluxus suppressionem ab ira lapsò, huic,  
an hæmoptysi, cui perinde obnoxius fuit, sit  
tribuenda, nisi forte & hæc ab illa sit orta,  
quod

(a) Act. nat. cur. Vol. 3. Obs. 10.

Medic. Bemerkungen Nro. 12. p. II. sqq.

quod ibi diserte non refertur. At certe ab  
restirantibus hæmorrhoidibus bis phthisis ob-  
servaverat STORCHIUS (a), & w. VANLIL (b)  
meminit juvenis 19. annorum, prius valde  
plethorici, nunc temperati habitus, profusis  
narium hæmorrhagiis identidem obnoxii, quæ  
illum jam inde ab anno valde debilitarunt.  
Post varia incassum tentata ac Væ. Ses. com-  
plures jam in brachiis jam pedibus factas,  
Auctoris opem petiit, quo tempore utraque  
enare uberrime sanguis fluebat, non guttatum;  
sed in filo, ad minimum corporis motum,  
donec in syncopen laberetur. Pallor, debili-  
tas, ac macies in juvene tunc præsens non  
ab ultima hac hæmorrhagia 2 horam duran-  
te; sed a prioribus simul sumtis repetenda  
erant, proindeque & novissimam illam hæ-  
morrhagiam non plethoræ; sed vasorum la-  
xitati, ac sanguinis aquosæ tenuitati (qualis  
tunc excrenebatur) tribuere oportebat. Cum  
nec turunda V rectificato imbuta utrique in-  
trusa nari, nec injectio ichtiocollæ in aqua,  
& alcohole vini decoctæ hæmorrhagiam co-  
hiberent, interna quoque remedia dari cœp-  
ta, ac primum quidem  $\omega$   $\oplus$  li ex  $\triangledown$ a frigi-  
da, at sine ullo successu. Cortex Peruv. in  
substantia hæmorrhagiam quidem prohibere  
obser-

(a) Prax. casual. med. T. 1. d. 4. p. 164. 263.

(b) Samml. auserles. Abhandl. zum Gebrauche  
pract. Aerzte. 7. Band. 3. Stück. p. 440. sqq.

observabatur; sed æger sub ejus usu magnum experiebatur in extremis manuum digitis pruritum, proclivitatem ad lipothymias, & alvi obstructionem; licet istam eccoproticum datum promte sustulerit. Cortici ergo non satiis opitulanti suffectus sequens ḡis.

R. Aluminis ḡis.

Sangu. dracon. 3. v.

Boli Armen. 3j. M.

S. alternis horis, quantum digitale capit, ex aqua frigida. Primum quidem anxieties quædam, ac pressio in pectori inde nascebantur; sed brevi cedebant pectoralibus remediis. Hujus ḡis quinque absunti (ergo ᷑vj. & ᷑ij.) nū hæmorrhagia desit, superfite porro etiam alvo adstricta. Post semifestre belle exactum nactus est phlegmonen labii superioris cum febre. Cathartico e manna, & Θ GLAUB. alvus obstruncta referata est; labio impositum cataplasma resolvens, & suppurationem promovens, qua post 6. dies procurata labium ad pristinam suam conditionem reductum est, & febris usui cort. Peruv. prorsus cessit. Juvenis tunc sanus, valentiorque esse videbatur; at, lapso trimestri, toto corpore effloruere parvæ pustulæ, quarum aliquæ suppurarunt; aliae rursus evanuerunt. Abhinc vero secunda valetudine fruebatur, & aliquanto inde post nactus est hæmorrhoidum fluxum, quem cum spreto Auctoris consilio ad illum non turbandum, empyrici cuiusdam ope-

opera cohibuisset, incidit in hæmoptoen, ac phthisis immedicabilem, quæ post 8 hebdomades a cohibito hæmorrhoidum fluxu illum e medio sustulit. Denique non est hic sterio prætereundum, quod sua in chirurgia notavit olim F. WURTZ, nimirum externa quædam vulnera hæmorrhoidum suppressione evasisse incurabilia, dubio procul ob assiduum sanguinis hæmorrhoidalnis regurgitantis ad illa affluxum.

c) *Scirrhi* e lento sanguine hæmorrhoidalni ad glandulas, vel viscera congesto, quales F. RONCALLI (a) sacerdos in lingua ac sub maxilla. Istericus Vratislavensis (b) in hepate post suppressum hæmorrhoidum fluxum sunt adepti. In selectis medicis Francofurt. (c) narratur anus anno 60mo proxima mensium per ætatem deficientium in locum nocta fuisse fluxum hæmorrhoidum regularem cum euphoria, quem tandem, ubi immodicus, ac debilitans, & pedum oedema caufans evasisset, dum usu tonicorum, & refracta essentiæ miliefolii dosi cohibuisset, in dextri hypochondrii incidit tumorem, ac scirrum hepatis, demumque emaciato corpore, ac fatiscentibus

(a) Histor. morb. 7. p. 36.

(b) Annal. Vratisl. Tent. 3. A. 1718. Martii, d. 4. art. 12. p. 837. sqq.

(c) T. 1. Vol. 2. art. 3. Obs. 1. p. 100.

bus sensim viribus e vivis excessit. S. R. E.  
COHAUSEN (*a*) letalem inde ventriculi scirr-  
hum enatum commemorat.

d) *Cancer*, e scirro sensim enatus, ad  
quem forte HIPPOCRATIS (*b*) observatio est  
referenda: „Larissæ EUDEMUS valde & diu-  
„turnum patiebatur sanguinis profluvium per  
„ora venarum, quæ sunt in ano (Græci hæ-  
„,morrhoidas dicunt), adeo ut exsanguis es-  
„set, & bilis commota. Leniter tamen ha-  
„,bebat toto corpore, & alvus deorsum cón-  
„,turbata biliosa demittebat, & hæmorrhoides  
„remittebant. Post epotum medicamentum  
„,deorsum purgans probe repurgatus est, ac  
„,insuper ptisanæ succum ebilit, & amplius  
„,alvus turbabatur, dolorque ad præcordia  
„,aderat. In hoc hæmorrhoidibus manus est  
„,admodum, cum male quodam modo affectus  
„,esset venter, & amplius curatione opus esset,  
„,ac vomitus afflxit. Tandem vero ex irrita-  
„,to medicamentis cancro febris adorta est,  
„,nec ante mortem dimisit. Interdum quo-  
„,que cum rigor subiens dimisisset, febris ad-  
„,fuit, ipsique ex alvo bilis secessit, flatus par-  
„,tim prodibat; partim intus remanebat, do-  
„,lorque ventrem affligebat. Hæmorrhoides  
„,vero

---

(*a*) *Commerc. Nor.* T. 43. A. 1743, hebd. 16.

Nro. 2. p. 125. hebd. 17. Nro. 2. p. 134.

(*b*) *Epidem. Libr.* 5, Nro. 20.

„Vero deinceps a purgationibus extra annum  
eminere cœperunt, & per eas flatus exsiste-  
bat, quia a sternutatione ortum ducebat.“  
Ceterum tota hæc historia manca est, & per  
obscura.

e) *Steatomata, atheromata*, apud H.  
BOERHAAVUM (a) filius marchionis DESAINT-  
AUBAN a pluribus annis hæreditarias hæmorr-  
hoides sèpius pati solitus, ceterum longè sa-  
nissimus, cum eas aliquando prætumidas nac-  
tus fuisset, cum atroci dolore, ac uberrimi  
simil sanguinis purissimi ex iisdem in dies  
profluvio, non sine gangræna metu, BOER-  
HAAVE illas leni viètu, pacantibusque reme-  
diis sine igne, ferro, ac ligatura sanavit, ab-  
hinc Marchio 1½ anno mansit sanissimus; dein-  
ceps vero steatoma sensim 10½ menses in tho-  
race prope 7 ~~lb~~ enatum truculentissimam or-  
thopneam, demum etiam letalem induxit. Oc-  
tiduo ante obitum per biduum hæmorrhoidis  
fluxit, cum insigni; at non diuturno morbi  
levamine Athieromatis autem e restituantibus  
hæmorrhoidibus casum refert BOENNEKEN (b)  
senior: Ecclesiastes 57. annorum, choleri-  
cus, sanus, hilarisque, lucubrationibus de-  
ditus, virili in ætate hæmorrhoidum fluxum  
una,

---

(a) Opusculor. histor. 2. p. m. 113. lqq.

(b) Fränk. Samml. 3. Band, 15. Stück, Nro. 3.  
p. 212. lqq.

una, alterave vice est expertus: hoc autem non amplius reverso, saepius ani pruritus, lenisque ardor cum tenesmo accidit, donec post 48 annum homo coepit morosus fieri, incepsusque cum virium sensim lapsu. Hæc studiis, curisque auctis etiam in dies crevere, fatiscente sensim appetentia, & siti obfpen-  
te, quam vino sedare solebat. Postmodo coxae, dorsique dolores, ac per vices flatus molestabant; color faciei floridus mutatus in pallidum, plumbeum, flavescentem. His aliquot annos durantibus se junxit segnis alvus. Demum post usum internorum, externorumque rediit hæmorrhoidum fluxus, at sine levamine: crevit potius tenesmus, ac dolor circa ossa ischii ad collum usque vesicæ excurrens, unde interdum dysuria. A variis iterum remediis breves tantum omnium induciæ obtentæ. Tandem fluxu hæmorrhoidum iterum cessante æger deterior factus, viresque fatiscebant; sed post trimestre ante æquinoctium vernum rediit immodeicus fluxus, ne modetandus quidem. Ali quanto post sub scrobiculo cordis tuberculum ortum est cum pressione in dextrum usque hypochondrium se extendenþ; tactuque ibi hepar durum repertum. Accessit aliquoties vomitus ingestorum, & pressio illa crevit nullis remediis abolenda. Tandem natum cedema pedum, & febris hectica cum vigiliis, donec æger obiit. In abdomen seri 2. vel 3. mensuræ. Hepar exterius ex fusco, ac flavo variegatum, mole ingens appendit ~~16~~ & 3j, mul-

multis tuberculis purulentis acuminatis in superficie inaequale, interna sua substantia tota fere in atheroma versa, ita ut cultro incisa vix guttam sanguinis praebuerit. In sima parte sinistri lobi, qua stomachum tangit, aderat tuber pugno aequale, conicum, apice in ventriculo foveam imprimens, totum atherosomaticum, laevusque hic lobus trans ventriculum licenem attingens, cum eodem arcte concretus erat. Vesicula fellea semiplena liquido fusco, & crasso, bili parum analogo. In toto tubo intestinali, ac mesenterio passim sanguinis stases, & maculæ gangrenosæ, praefertim in fine recti, sed sine vestigiis ulceris. In abdominis aorta; vena portæ & cava paucus sanguis, omentum atrophicum. Cor vacuum, pulmones accreti. Cetera secundum naturam. Caput secare non concessum

f) *Sarcomata.* Singularem hujus rei casum narrat M. ALBERTI (a): Ecclesiastes 58 annorum, cholericus - sanguineus, robustus, obesus, plethoricus, vietu pleno, vinoque Hungarico usus, sanus haetenus, ante paucos annos haemorrhoidalia molimina cum fuisset natus, eaque fomento e radice acaciæ oppugnasset, rupta haemorrhoidalia tuberculata insig-

(a) Diff. de excrecentia nisi cum haemorrhoidalium anomalis connexa (4to Halæ 1729. Resp. I. e. SCHIERWASSER) §. 2. p. 9.

insignem sanguinis copiam profuderunt: Ubi autem fluxus hic substitut, aliquanto inde post intensi nephritici dolores secuti sunt; his fitnis successit angustia, & oppressio cordis, quam superveniens narium hæmorrhagia solvit. Postmodo numerosa tubercula sanguinolenta in facie emersere, copiosum pus, ac sanguinem excrentia. Demum in lævo narium latere effluit macula rubra, successivē in protuberantiam elata; ad quam afferendam cum varia spirituosa adh̄ibentur, illa brevi in grandeū excrevit molem, pinnis narium fitmiter adh̄erescens, dextram narem penitus ocludens, in sinistra vero exiguum tahtum relinquent foramen, pro pauco mucō excernendo, & aere; utit ægrē; attrahendo. Tegebat illa simul totum os, & menti partem, ut & spitationi, & cibis, potuique ingerendis molestiæ mīltum faceſſeret, ſubstantia erat carnoſo-vascuſo, extinſecus rubra, & numerosis tuberculis verrucosis obfessa, cujus in meditullio delitescebat pus in ſaniem jam inclinans, olim forte in cancroſum virus abiturum. Huic malo insolita alvi obſtructio juncta fuit. Post 3. annos demum ferro ablata non amplius recrevit moles: ſub ſeparatione ſanguinis ultra libram effluxit. Post plagam ex arte conſanatam ob fluxum hæmorrhoidum non reverſum gutta rosacea faciem non deferruit, & aliquo inde post tempore æger fieri coepit ſpleneticus. Vexabant recursantes anxietates, ad præcordia insignes, cum pallore fugaci, & imbecillitate memo-

riæ

riæ, pristinæ tamen diætæ suæ tenax mansit. Alium quodque idem hic Auctor (a) non multum abludentem adfert casum; literatus sanguineo-melancholicus post crebras olim narium hæmorrhagias inter 30, & 40 annum primâ vice nactus est hæmorrhoidum fluxum, cui pro dysenteria habitu, suppressoque successerunt insolitæ cephalalgiæ cum varoſa nasi excrescentia; unde tandem carnoſa verruca, valde ſanguinolenta dextro in latere nasi succrevit celeri incremento; præsertim a topicis cosmeticis, acribus, arrodentibus: donec Auctor consultus curam ad hæmorrhoidales motus dirigendo malum profugavit. Per multum hisce analogum est, quod J. S. CARL (b) memorat: viro melanochlico-sanguineo, strictroris corporis, hæmorrhoides coecas, indeque dorsi, aut, & aliarum partium vagos dolores rheumaticos, arthriticosque ſepe passo, quovis æquinoctio nasi apex insigni cum rubore intumescet, leviterque dein comprefſus aliquot guttas floridi ſanguinis profundebat, cum omnium ſymptomatum vel abolitione vel insigni remiſſione. Status hic ubi bene a juventute ad 70um usque annum manſisset; deum desit, ſuccedente impetuosa, & intra biennium letali hæmaturia.

g)

(a) Diff. de hæmorrhoid. insolitis vīs (4to Hæmorrhoides 1718. Resp. I. S. GANZLAND) §. 8. p. 17.

(b) Act. nat. cur. Vol. 4. Obs. 84.

g) *Várices* aliis in partibus, ab anno etiam remotioribus. Rerissimum hujus generis casum vidit A. G. RICHTER (α): „femina „30 circiter annorum, animo, & corpore valde sensibili praedita fluxum menstruum profundum pati solita, Göttingam venit, &, n<sup>o</sup> tumorem, quem in mamma dextra habebat, exciderem, rogavit. Tumor autem ille magnitudinis nucis juglandis, mobilis, & inæqualis erat. Descendebat ex illo tumor re ad papillam series minimorum tumorum, quorum quilibet pisum magnitudine aequalisbat; sursum autem ex illo funiculus ad axillam procedebat, tenus, durus, digitis crassitiensi habens, sensim prope axillam evanescens, ut finis illius distinqui haud posset. Quoties ægra tunc tumorem digitis comprimebat, & fricabat, profiliit ex papilla liquoris subrubri, aquosi insignis satis copia: quo facto evanuit series illa minorum tumorum, major ille mollis, flaccidus, collapsus, 2/3 partes magnitudinis suæ amississe deprehendebatur. Ad pristinam magnitudinem intrumuit iterum intra paucas horas. Dolor oriri solebat urens, quoties tumor nimis intumescebat, expresso liquore, collapsus, que tumore evanesceret iterum. Quam obrem quovis mane mulgere quasi tumorem ægrotta solebat. Continebat ille plerumque

---

(α) Obs. Chirurg. Fase. 3. Cap. 4. p. 60.

, que si. Vix illius subrubrae omnis acrimo-  
 ,niæ, & factoris expertis. Funiculus autem  
 , ad axillam procedens idem semper deprehendebatur. Is autem singularis hujus tumoris  
 , ortus fuerat: ante plures annos fluxum ha-  
 , morthoidalem profusum pastam aliquoties se-  
 , esse ægrotæ meminit, qui quidem cum vires  
 , valde exhaustaret, medicus quidam medica-  
 , mentum quoddam propinavit, quo sumto  
 , dissipauit fluxus, neque rediit: hoc factò  
 , post aliquot tempus ægrotæ illam induxit  
 , partem, quæ mammas regit; sanguine tinc-  
 , tam aliquando reperit, nescia, undeam huc  
 , sanguis perverteret. Tandem vero forami-  
 , nulum illa detegit in cuto prope papillam;  
 , ex quo liquorem rubrum prodire sentit.  
 , Tandem tumor ille apparuit, increscens sen-  
 , sim ad magnitudinem ovi gallinacei. Diu  
 , autem jam foraminulum istud aquam rubram  
 , eructaverat, antequam tumor ille apparuit.  
 , Elapsis autem aliquot mensibus subito tota  
 , intumuit mamma mirum in modum ad axil-  
 , lam usque. Rediit illa sensim sub interno  
 , ciuitate usu ad pristinam magnitudinem; su-  
 , perstire autem tumore illo, quem jam de-  
 , scripsi, nullo remedio discutiendo. Dispa-  
 , ruit ab hoc tempore foraminulum illud, &  
 , liquor ex ipsa papilla prodire incepit. Tu-  
 , morem illum scirrhose naturæ haud esse in-  
 , aprico erat, oriebatur sine dubio ex varico-  
 , sa vasorum quorundam dilatatione; quare  
 , ægrotæ operationem flagrantib[us] abnui. Ex-  
 , sciendi forsan tuto potuerit tumor ille vari-

U x

, cōfus

„cosus; cum vero funiculus ille ad axillam  
 „procedens fasciculus esse videretur valorum  
 „finilli labe affectionum, qui humorem illum  
 „tubrurum advehabant, cumque funiculus  
 „iste ob situm profundum, dubiamque ori-  
 „ginem extirpari vix posset, metuendum si-  
 „ne dubio erat, ne post operationem vel fi-  
 „stula remaneret, vel novus tumor oriretur.  
 „Exhibui itaque ægrotæ varia remedia resol-  
 „ventia interna, externaque, ut quidquid for-  
 „san callosi, & indurati dilatata hæc vasa cir-  
 „cumdaret, dissolvetur. Horum remedio-  
 „rum vi factum quoque est, ut immuovere  
 „tur tumor ille; prouium autem ex illo  
 „idem semper fuit. Au non ex suppressis hæ-  
 „morrhoidibus natus esse hic morbus vide-  
 „tur? commendavi saltem ægrotæ usum vari-  
 „orum remediorum, quibus fluxus ille resti-  
 „tui potest; quibus autem quoniam cum effec-  
 „tu illa uia sit, hac tenus nescio

h) *Hæmorrhoides cæcæ, spuriae.* Sæ-  
 piissime omnino evenit, ut hæmorrhoidal flu-  
 xai suppresso hæmorrhoides cæcæ succedant  
 multis cum molestiis, ut in BURGHARTI (a)  
 pueri, viduaque HOFFMANNI (b) ac milite  
 apud THEDEN (c). Spuriarum autem ex veris  
 post

(a) Vide præced.

(b) Vide §. 102. a)

(c) Vide §. 117. 3.

post fluxum suppressum enatarum præter DIES-  
TRACHS (a) etiam H. F. DELIUS (b) exemplum  
suppeditat, vir 76. annorum, robustus, eu-  
sarcus, plethoricus, mansuetus, ad viriles  
usque annos assiduis laboribus implicitus,  
ante annos circiter 30. vitam quietiorem nac-  
tus incidit in malum hypochondriacum & mo-  
limina hæmorrhoidum, quarum ad fluxum  
provocandum cum frustra varia usurpasset,  
demum usu thermarum carolinarum impetuoso-  
sus obortus fluxus illum sanum reddidit. Re-  
dibat abhinc fluxus 6ta vel 8va quaque heb-  
domade justa copia, præsertim iterato per  
plures dein annos Væ. Carolinæ usi, ac Væ.  
Sbus. ordinate institutis. Ante 5. circiter  
annos fluxus fieri coepit inordinatus, ac san-  
guinis loco aqua rubella cum albo muco ege-  
rebat, non sine dolore dorfi, lumborum-  
que; vertigine, ac saepè turbato somno. Ite-  
ratae Væ. Snes. numerosa enemata, vino suf-  
festa Væ. & decocta, ac omni septimana  
sumptum Θ anglicanum ad ȝȝ. vel i. aut alia  
salia media fluxum revocare nequiverunt; pe-  
riit potius appetitus, vires, carnes; & ali-  
quot febris intermittentis accessiones ingrue-  
runt. Dato autem vino iterum ac tonicis vi-  
res, & valetudo nuperna receptæ. Ad cere-  
ra

(a) Vide histor. 1.

(b) Fränk. Samml. 6ter Band. 32tes Stück. Nro.

2. p. 114.

et vero symptomata abolenda bibit vas. Seyd-  
 schitzenes amaras; at sine ullo levamine,  
 quin imo nimia ab iis catharsis revocavit de-  
 bilitatem, ac vertiginem, ut ab ulteriori po-  
 tu fuerit desistendum, & vires cortice Peruv.  
 & aurant. reparandæ. Interea a tempore V. e.  
 Seyd schitzensis portæ 2. vel 3. parvæ ani va-  
 rices 30. jam annis præsentes cœpere nunc  
 elongari, ac velut inflati, & in sarcomata nu-  
 cem juglandem magna degenerare. Sitæ erant  
 introrsum in anum, ac dorsum versus peri-  
 næum; circiter  $\frac{3}{4}$  pollicis pone sphincterem  
 admodum relaxatum, ampliatumque occipie-  
 bat pedunculus durus, calatum scriptorium  
 crassus, longitudine ultra 4 pollicem in de-  
 cursu extrotium cum interpa recti tunica con-  
 cretus, extra sphincterem autem libere pen-  
 dulus, & in sarcoma irregulare juglandis mag-  
 nitudine intumescens, quod carni crudæ simi-  
 le, ad sensum solidum; sed minimo attachu  
 sanguinem præbebat, ut & sub incessu, & alvi  
 egestione, siquidem similis alia excrescentia  
 minor ab ossis sacri regione descendens totum  
 fere orificium ani præcludebat. Tumor hic  
 non satis varix; sed condyloma (sine ullis ta-  
 men syphilitidis indiciis) indolens erat, quod  
 perperuo madebar. Aeger appetitu, viribus  
 quoque haud catens, cum sanari cu-  
 peret, nefcio quo Autore sumbit ter quotidi-  
 ne 3. corr. Peruv. 3j. cuius a 10. præbiis ve-  
 hemens colica, alvus pertinaciter clausa, mag-  
 nique febriles motus coorti, quæ mala non  
 nisi 4. hecdomadum spatio totibus, enema-  
 tibus-

tibusque domabantur, superstite tamen insig-  
ni debilitate, anique excrescentiis nil muta-  
tis. Cum paulo ante dicta mala non a cor-  
tice nata crederentur; ad hujus usum redi-  
tum, sed pejore etiam successu; nam præter  
priora symptomata totius quoque corporis  
emphysema supervenit, abactum semper iter-  
rum revertens, nec ulla arte præpediendum.  
Sarcomata etiam ani in pejus ruentia plum-  
beum colorem, suspectumque odorem con-  
traxere, nullis remedii emendanda, quæ de-  
mum æger una cum emphysemate tumulo  
intulit.

10. *Exanthemata varia, præsertim chro-  
nica, ut scabies, herpes, vari, &c.* Sic  
W. GABELCHOVERI (a) caupo quamdiu per  
plures annos hæmorrhoidum fluxum rite, sta-  
tisque temporibus experiebatur, sanus vixit:  
ubi vero ille cœpisset fieri inordinatus, ita,  
ut & infueto tempore, & parcior egereretur;  
molesta efforuit scabies, qua pruriens, dum  
se æger scalperet, mox effluebat aqua satis  
limpida. H. F. LEDRAN (b) consulebatur pro  
viro 50 annorum, a pluribus annis hæmorr-  
hoidum fluxum statis temporibus pati solito;  
qui ubi ultimo biennio substitit; semestri post  
fusurrum aurum causavit, suppuratione serum  
lac-

(a) Curat. & Obs. med. Cent. 3. cur. 22. p. 35.

(b) Chirurgische Gutachten p. 244.

lactis æmulante sublatum. Abhinc autem effloruere in facie rebelles herpetes cum surro sæpe alternantes. Similia quoque in capite naevis est BÆUMLEINII (a) vir. Perinde v. RIEDLINI (b) mercator 40 annorum, tenuiorisque habitus à plurium annorum dolore cervicis per obortum hæmorrhoidum fluxum liberatus, isto deinceps sub quavis alvi egestione apparente, longe sanissimus vixit; donec æstate oboris quavis fere nocte sudoribus fluxus hæmorrhoidum penitus evanisset; quo facto illico rediit cervicis dolor, & hinc inde per corpus exanthemata erysipelacea effloruere, quæ dum externo  $\forall$  usi dispulisset, iraque prægressa acetarium deinde comedisset; nox minus quiera secuta; manè vero vertigine primum, tum vomitu correspondens est. Ha bezoardica data utrumque sedavit, & pro revocando hæmorrhoidum fluxu data essentia ♂ LUDOV., incertum, quo successu.

II. *Hydrops varii*, de quibus HIPPOCRATES (c): „diuturnum sanguinis profundum per ora venarum, quæ in aito sunt, (hæmorrhoidas dicunt), curanti nisi una servetur, periculum, ne aqua inter cutem, aut tabes

(a) Vide §. 55. Nro. 13. d)

(b) Curar. med. millenario. Obs. 465.

(c) See. 6. Aphor. 12.

„tabes succedat“ Multi sane funestum hu-  
 jus effati exemplum præbuere, quibus impor-  
 tuna medendi methodo fluxus hæmorrhoidum  
 fuit cohibitus; quos inter G. E. STAHLII:  
 „Vir 40 annorum, habitus corporis sanguini-  
 „neo-cholerici, mutatione tamen diætæ ad  
 „melancholicum habitum declinantem, ab ali-  
 „quot annis verno & autumnali tempore, post  
 „aliquot dierum asthma humidum, & tussim,  
 „hæmorrhoidum internarum fluxum experiri  
 „assueverat, cum insigni de cetero euphoria,  
 „& sanitate satis exquisita. A. 1689 cum sub  
 „autumnum dysenteria grassaretur, & ex ipsa  
 „ejus vicinia aliquot funera efferentur, et  
 „que ipso tempore hæmorrhoides ipsi expedi-  
 „te; sed liberaliter procederent, vano metu,  
 „ne ab his in dysenteriam facilis fieret transi-  
 „tus, fluxum illarum intempestivo aliquot  
 „adstringentium usu simul cum copioso abuso  
 „nucis moschatæ præmature suppressit. Cessa-  
 „verunt hac vice sine insigni incommodio.  
 „Subsecuro autem vere maturius coorta tussis  
 „cum asthmate intensiore gravius fatigant vi-  
 „rum. Consulit medicum empyricum, qui  
 „modo opiatis; modo salibus volatilibus;  
 „modo regimine diaphoretico per calidiora  
 „brevi; sed forti exercens patientem, cum  
 „simil ipsi, ubi de hæmorrhoidum adsuetu-  
 „ne sibi familiari admonuisset, respondisset,  
 „se vel maxime ab ipsis hæmorrhoidibus,  
 „utpote morbo eum curare necesse habere,  
 „citissime patientem in hydropem conjecit,  
 „qui impetuose prævalescens ab aliis medicis

,,con-

„contemeratus, & leviter sublevatus post 3.  
 „tamen quadrantes anni nonnisi morte cessa-  
 „vit.“ (a) Idem etiam fatum habuit ejusdem  
 Juvenis (b). Perinde F. LOSSII (c) virgo  
 provectionis ætatis, cum pertinacissimam ca-  
 tameniorum obstructionem cræbro, diraque usu  
 aloeticorum oppugnasset, incidit in immodic-  
 um hæmorrhoidum fluxum, quem ubi spre-  
 tis idoneis, legitimisque remediis nonnisi to-  
 picis adstringentibus repressit, in letalem hy-  
 dropem est prolapsa. Haud secius J. J. ROLLE  
 apud A. E. BÜCHNERUM (d) meminit fætoris  
 36. annorum, a 20 ætatis anno hæmorrhoi-  
 dum fluxui ordinato obnoxii cum integerrima  
 sanitate; at postquam biennii spatio 3na sem-  
 per 7. hebdomades durante laborasset, eam-  
 que remediis domesticis perperam suppressis-  
 fet, hæmorrhoidalis etiam fluxus subsistit;  
 unde enatum asthma periodicum, inflatio hy-  
 pochondriorum, cardialgia, dyspepsia, calor  
 lensus, oedema pedum, imo ipse hydrops,  
 & e subsequentे viscerum gangræna æger de-  
 cessit. Felicior his fuit J. STORCHII (e). Ill.  
 femina phlegmatico-cholerica circiter 33 an-  
 norum

(a) Confer. colleg. casuall. mag. cas. 14. p. 184.

(b) Vide §. 53. III. A. Nro. 2. f)

(c) L. c. Qbs. 26.

(d) Miscell. physic. med. A. 1730. Ang. d. 2.  
 art. 3. p. 1247.

(e) Von Weiberkrankh. 8. Band. Casu 12. p. 63.

norum, quæ post insignes uteri hæmorrhagias jam ab anno ægrecens demum in hydro-pem pene conclamatum devoluta est. Cognito vero, quod non multo abhinc aliquoties hæmorrhoidum fluxus apparuerit; ad huncce promovendum data sequentia

R. Ræ rhei ʒʒ.  
— ♀ri ʒj. M.

S. mane quovis gtt. 40. Porro

R. Magnes. alb.  
Crem. ♀ri aa ʒʒ.  
Specif. ceph. ʒʒ. M.

Divid. in doses ix. Consulebatur insuper vapor lactis, cruribus, & abdomini applicandus. Ab his brevi sudor largus erupit, minuebatur tumor, & hæmorrhoidum fluxus crebrius venit. Deinceps usu Ræ ♀ri, & eccoproticorum sanatio est absoluta. Vixit inde femina 17. annis, ac tum ex angina inflammatoria periit. Ita etiam apud J. D. COSCHWITZ (a) æger a suppressis hæmorrhoidibus varia symptomata perpeccus, cum medicus illorum provocationem renvens multo potius

(a) Diff. de damnis, ex empyetia medica oriundis (4to Halæ 1728. Resp. I. C. EHRLICH)  
P. 44.

potius molimina repressisset; incidit in hydro-  
pem, non prius sanandum; quam hæmorrhoidibus revocatis.

12. Dolores variis in partibus, iis nempe similes, quos molimina hæmorrhoidum producere assolent (a): ut spinæ dorsi, quales pertulit æger FRUERLINI (b) & complures alii, maxime vero solennis hic esse con-  
suevit.

a) *Cephalalgia*, cephalæa, hemicrania, aliive in partibus ad caput pertinentibus dolores. Cephalæam sanc ALBERTI (d) Consiliarius; hemicraniam vero VICATI (e) virgo inde pertulit. In viro L. HEISTERI (f) suppressis hæmorrhoidibus successit hypochondriaca passio variis cum symptomatibus, mox in clavum degenerans. Huc etiam perrarus ille pertinet maxillæ dolor, quem J. H. DEGENER (g) in Ecclesiaste sanavit

b) *Car-*

(a) Vide §. 33.

(b) Vide §. 71. c)

(c) Vide §. 75. c)

(d) Vide §. 53. Nro. 1.

(e) Vide §. 62. b)

(f) Aët. nat. cur. Vol. I. Obs. 161.

(g) Diff. de clavo hæmorrhoidalii 4to Helmstadt.  
1734. Resp. II. G. BAULBACH. §. XI. p. 15.

b) *Cardialgia*, quam ab hæmorrhoidibus interceptis passi sunt ERNDTELLI (a) quinquagenarius, & Centurio MOLLERI. (b)

c) *Colica*. Hanc M. ALBERTI (c) singularem observavit in sene 60 annis majore, qui ante plures annos proximiores hæmorrhoidales motus, imo incipientes fluxus obtinuit, qui cum ob dolores pruriginosos, & quantis per ardentes viro molesti, & suspecti fuerint, ita permisit quo mediante unquento ex cerussa alba, & præcipitato, bolo, oleo hypericonis, sperm. ran. &c. parato, hæc molestia opprimeretur. Abhinc doloribus ischiadicis, & nephriticis, nec non Asthma periodico corripit cœpit, quibus affectionibus haec tenus per multos annos laboravit. Interim harum calamitatum levamen ex usu congruo Væ. Snis, sensit, sed cum per paucos annos in regimine, & reliquo vitæ genere variæ turbæ intercepterent, ita ante triennium æquinoctialibus, & solstitialibus temporibus hac colica affligebatur. Accidit vero, ut ultimo præterlapso solsticio denuo hæc colica, licet mitiori gradu, corriperet, quæ tamen mox post usum pilularum STAHL:

remi-

(a) Vide §. 74.

(b) Vide §. 115. Nro. 3.

(c) Diff. de colica hæmorrhoidalii §. 7. Tract. de hæmorrhoid. P. 2. p. 192, sq.

remisit, posteaquam sub aliquot dejectioni-  
 bus patiens aliquam quantitatem sanguinis  
 hæmorrhoidalis evacuaverat. Præterito  
 æquinoctio eadem colica mitiori iterum gra-  
 du insultavit, posteaquam iterum eximius  
 error in diæta præcessit, qui liberiorem hæ-  
 morrhoidum recursum impedivit; sed acci-  
 dit, ut non modo una vice, sed intra de-  
 cursum 14 dierum quater hæc colica recur-  
 serit, ultima vero vice ita extreme vehe-  
 menter, ut metus mortis institerit.<sup>(a)</sup> Per-  
 inde in Annalibus Vratislaviensium (a) vir 50  
 annis major, inordinato hæmorrhoidum flu-  
 xui obnoxius, & ab hujus per pravum regi-  
 men retardatione, asthmaticam præcordiorum  
 angustationem, dolores dorsi, capitis obnu-  
 bilationem, vertiginemque &c., ac demum  
 suppressionem fluxus, indeque assiduum fere  
 colicam, & arthritidem passus, Julio 1726.  
 rursus vehementi colica prehensus est cum  
 permagna artuum lassitudine, femorumque  
 dolore, ita ut netvi (tendines) iusto sibi bre-  
 viores fieri viderentur, scalasque amplius con-  
 scandere nequiret. Venter velut ab ingruen-  
 te hydrope siebat gravis. Sæpen numero in to-  
 tius cutis superficie subita oriebatur formica-  
 tio, ac si semodius milii ab humero ad femo-  
 ra usque deflueret. Sub his malis æger ema-  
 cia-

(a) Tent. 37. A. 1726. Julii. d. 2. art. 1. §. 2.

p. 30.

ciatus, catens appetitu, somno, viribus; remediiorum tamen segnis usurpatot. ALBRECHTI (*a*) quoque quinquagenarius ab hæmorrhoidibus interceptis colicos dolores est percessus, & apud F. HOFFMANNUM (*b*) vir 58. annorum post habitum plurium ante annorum hæmorrhoidam fluxum ante 4. annos subsistenter incidit sæpius, maxime brevi ante növilunium, in molestum sub egestione ani ardorem, quem excepit cephalalgia, & atrox colica cum vomitu, & pituitæ cruentæ refectione. Væ. Sio. in pede circa ambo æquinoctia facta cum insigni temper symptomatum levamine, quin tamen recidivas arcuerit. In primis autem observavit, simul ac vel studiis se daret; vel meridianum somnum capite parum perinclinato caperet; protinus floridum sanguinem cum saliva effluere. Illud præterea cruentum sputum secutæ sunt plerumque pectoris pressiones, ac puncturæ ad lævam scapulam tendentes, sinistræ manus refrigerationes, gelidique sudores, sæpius etiam pedes invasit efflorescentia miliaris, quæ evanescens lanuorem corporis, ac sensum frigoris in pedibus, & dorso reliquit. Alius (*c*) Isterius 62 annorum, corporis strictioris, compagis debilioris, diætæ tenax; at studiis, & quieti

(*a*) Vide §. 55. Nro. 7.

(*b*) Consult, & resp. med. Cest. 2. Cas. 15.

(*c*) Ibidem. Casu. 14.

quieti deditus, satis diu ante circa ambo  
æquinoctia hæmorrhoidum fluxum per aliquot  
sæpe menses inhærentem patiebatur; qui an-  
te aliquot annos prava medicatione cohibi-  
tus, abhinc inordinate pro edere cœpit, sa-  
piusque molimina tantum illius, maxime circa  
plenilunium, affligebant, nimirum lipothy-  
mæ, constrictiones & anxietates ad præcor-  
dia, tensivi circa dorsum, ac hypochondria  
dolores, cruenta sputa, & crebræ colicæ. Sic  
etiam ultima æstate in plenilunio accidit, ut  
noctu repente ingens colica invaserit, quam  
anxia compressio ad cardiam, vomiturio,  
vomitusque ipsi exceperunt. Carminativis,  
enematibus, litu, & fotibus mollibus, ac  
discutientibus frustra adhibitis medicus colicæ  
hæmorrhoidalem esse ratus, quod sine vic-  
tus errore, & solenni turbis hæmorrhoidalib-  
us tempore acciderit; consultit Væ. Snem.,  
ægro olim semper utilē: hanc cum aliis me-  
dici, debilitatem virium causati, respuissent,  
crescebant interea omnia mala, ac paulo post  
supervenit vehemens horror, huic successit  
æstus, post paucas horas erupit sudor gelidus,  
& æger debili facto ac inæquali pulsu,  
ex hoc bidui morbo obiit.

d) *Ischias j. STORCHII (a) vir 60 an-*  
*nis major cum ante 15, & amplius annos*  
*hæ-*

(a) *Prax. Casuall. med. T. I. d. 4. p. 453.*

hæmorrhoides Væ. Sæ. in brachio turbasset,  
ac suppressisset; incidit in ischiadem utriusque lateris. Datum

R. M. P. BECHER Ðj.  
— purgant. Ðß. M.

R. ♀ antispasm. 3j.  
Magnes. alb.  
Arcan. dupl. 3ß. M.

Ab his dolor desit. Perinde (*a*) mercator a restitante hæmorrhoidum per plures jam ante annos habituali fluxu, incidit primum in dorsi dolorem, qui inde in coxam commigrans, per totum femur, & crus ad pedem usque excurrebat. Dato autem ♀ digestivo, & cathartico e M. P. purg. ac BECHER 3ß rediit hæmorrhoidum fluxus, dolorque desit. Haud ita felici licuit esse i d. GOHLII viro.

(*a*) *Podagra*. Hanc ex anomalia hæmorrhoidum ter natus est FRITSCHIUS (*b*) reverso illarum fluxu semper iterum cessantem, & R. FORESTUS (*c*) refert Hollandiæ Præsidem 50 annorum ab hæmorrhoidibus sibi familiaribus suppressis, correptum fuisse tertiana, post 13. insul.

(*a*) Ibid. T. 2. d. 4. p. 128.

(*b*) Vide §. 75 b)

(*c*) L. c. Lib. 29. Obs. 4.

insultus sponte iterum desinente; non multo autem post nova prehensum febricula incidisse in podagram, & chiragram vehementem, tres continuas hebdomadas durantem. Datum ei eccoproticum ter, quater alvum solvit; & interposito decocti solventis usu denuo subjunctum multam evexit bilem: pedibus topica emollientia admota cum levamine. Demum alvo sponte soluta fluxus etiam hæmorrhoidum comparens brevi podagram, chiragramque sustulit, ab hoc tempore non amplius reversam. Perinde HOFFMANNI (*a*) vir a suppressis hæmorrhoidibus podagram cum passione hypochondriaca contraxit, in quam etiam prolapsum est senex HELWICHII (*b*), germanusque H. LUDOLFFI (*c*) 30 annos natus, sanguineo-melancholicus, plethoricusque, qui ab aliquot annis hæmorrhoidibus turgentibus saepius vexatus excreto ex iis sanguine præclarre levatus incidit in tertianam fere quadrimestrem, & ad omnia remedia contumacem; cui demum se junxit Oedema pedum genuum tenus. Tandem rheda per 16 millaria vectus, & aliquot diebus vino Rhenano usus, pergente febre, mane quodam, oborto celeri alvino stimulo, semel, atque iterum sine ullo dolore egerit sincerum sanguinem: quo facto febris

(*a*) Vide §. 55. Nro. 2. Adde sq. f).

(*b*) Vide §. 55. Nro. 13. b).

(*c*) Diss. cit. §. 43. p. 25.

bris illico defit, pristinaque redit sanitas. Sub uberiori itinere tertium quoque sanguinem dejicit, summo levamine. At mutato deinde vitæ genere, statione, climate, post unum, alterumve annum fluxus hic rursus defit, reversis tantum saepius moliminiibus spasticis, pressoriis hypochondriacis. Medicus non tam fluxum revocare; quam potius morbum omnem abolere medendo connixus, omnia symptomata exasperat: accedunt dolores dorsi, lumborum, hypochondriorum immanes, non multo inde post motus arthritici, ac denique acerrima podagra, pene funesta. Accitus alias medicus nulla amplius arte potuit hæmorrhoides revocare, & quamquam symptomata subinde mitigarentur; morbus tamen mansit: donec æger petechiis correptus e vivis excessit. Dignus quoque memoria posterorum casus existat apud H. BOERHAAVIUM (a): anus Hiberna 62, ætatis annum agens, post juventutem hilarem, ac tranquillam, sub salubri corporis motu transactam, ad 30 usque vitæ annum nullo tentata morbo, abhinc saepius colica hysterica laborare coepit. Paulo post catamenia penitus substiterant, horumque loco hæmorrhoides periodice fluxit. Evenit 13 circiter annis, post violenta quodam exercitia, ut hæmorrhoides ovorum instar immaniter tumuerint cum summis cruciatibus; cumque topi-

(a) Consult. medicar. Vol. 2. Casu 24. p. 59.

topicis] admotis intropulsæ, suppressæque fuis-  
sent, continuo podagra ægram prima tunc vice  
aggressa est, a qua liberari deinceps non po-  
tuit, valedixit dein solitis exercitiis; unde  
plethora nata, ac postmodo scorbutus. Ali-  
quando latiores maculæ rubræ, velut a morsi-  
bus pulicorum, toto corpore apparentes, intra-  
4. vel 5 dies denuo disparebant: ægra doloribus  
nunquam magis libera erat; quam præ-  
sentibus his maculis. Podagra binis præteri-  
tis annis nullam corporis plagam intactam re-  
liquit, sed caput inprimis, ac stomachus pa-  
tiebatur: hinc anorexia, ac post esum subita  
regurgitatio, & sæpe bilis puræ vomitus insec-  
tus, demumque stomachus nihil, ac ne bis  
coctum quidem panem ferebat, excepta pana-  
tella vin. stomach. julepis carminativis, ac  
spirituosis liquoribus. Inducias dolorum ta-  
baci fumus maximopere adferebat. Nuper  
indomabilis pruritus tota in cute vèxavit,  
subnascentibus hic illuc superficialibus ulcuscen-  
lis. Consultus Auctor præscripsit quidem re-  
media; sed eventus quis ab iis fuerit, haud  
constat.

f) *Arthritis, rheumatismus.* Illa plerum-  
que vaga esse solet, raro fixa, qualem ALIX  
(a) in se ipso; tum ALBERTI (b) juvenis,

&amp;

---

(a) Vide §. 71. f).

(b) Vide 115. Nro. 3.

& vir GENSELII (a) a suppressis hæmorrhoidibus perpetui sunt. Perinde P. MONAVIUS apud CRATONEM (b) conquestus est ; se a suppresso hæmorrhoidum fluxu in arthritidem incidiisse, & I. c. STUNZER (c) curandam habuit anum pene sexagenariam, quæ quoties hæmorrhoidum fluxus emanxit, universali arthritide corripiebatur, P. E. DILLENII (d) plebejus 40 annorum sanguineo-cholericus natus est cœcas hæmorrhoides. Chirurgus tumori dolenti applicat unquentum nephriticum anodynum : unde tumor in ano disparuit, sævusque dolor evasit mitior, circa os sacrum tantum jam restitans ; sed atrocior, pedes, brachia, nuchamque periodice invasit ; ita ut iste gravior fieret, quo prior circa os sacrum mitior evaserat. Arthritis erat vaga. Larga in talo pedis Væ. Sone. balneo vaporoso, vesicantibus ad brachia, & externo & theriacalis camphorati usu, interne vero diaphoreticis, refrigerantibus, cinnabarinis, & anodynis datis æger convaluit intra 14 dies. Externe & dictus ; interne MRA simplex plurimum profuere. Perinde F. LOSSII (e) matrona juvenis, sedentariæ vitæ, sabulo rhenum,

&amp;

(a) Vide §. 62. b)

(b) Epist. 236.

(c) L. c. p. 61.

(d) Misc. nat. cur. cent. 7. Obs. 52.

(e) L. c. Obs. 24.

& leucorrhœæ obnoxia, post enema, dein catharticum, tum brachii phlebotomiam, deum apozematis purificantis, eccoprotici usum, denuoque venam pedis tusam, ac tandem iuxta aperientia, lenientiaque, interposito rursum cathartico, ubi  $\nabla$ as & les haurire cœpisset, a prioribus quidem malis minus passa est; sed hæmorrhoides cœperunt dolere, dein flueret, ita ut per aliquot annos sub quavis dejectione sanguinis ad 3iij, ac plures excreverit: unde minus vegeta, & pallida evasit. Tandem fluxu sponte cessante ab arthritide sèpius affligebatur. Apud F. HOFFMANNUM (b) vir sanguineus 47 annorum laute; sed sub mobili vita nutritus ad 30 annum sanus, dein ex assidua sessione, & lucubrationibus incidit in angustam spirationem, meteorismum, tormina, & ossis sacri dolores, quæ arte provocatæ hæmorrhoides sustulere, abhinc 10 annis quovis mense affatim fluentes, interdum etiam cum diarrhoea. Istam ante 7 annos pota ob imbecilitatem stomachi  $\nabla$ a sedlicensis effecit annuam cum virium jactura, nonnisi  $\nabla$ a Egrana dein cum vino sub epulis pota sedandam, sed simul hinc turbatæ hæmorrhoides: unde podagra periodica nata, cui ante biennium depulsa successit arthritis vaga, & huic demum etiam ante semestre desinenti contumax oculi dextri ophtalmia cum ejus lateris hemicrania, post  
octo

---

(a) L. e. Cent. 1. Cas. 5.

Octo dies lœvum in latus commigrantes, atque hinc post 14 dies in dextrum iterum latus redeuntes, quæ alternatio fere singulis 14 diebus accidit. Varia his malis medicatio facta, vario perinde successu. Ejusdem (*a*) feminina 50 annis major post menses penitus amissos ante 2 annos enormes quandoque uteri, anique hæmorrhagias perpesta, ubi ab his phlebotomiis, remedii temperantibus, antispasmodicis, leniterque diaphoreticis, & infuso millefolii, libera evasisset, procedente tempore incidit in dolores ischiatricos, & lumbares, nec Væ. Se. nec eccoproticis, nec temperatis diaphoreticis, nitrosisque leniendos; donec sponte loco mutato mox ad scapulas, & pectus, mox ad genua transirent, indeque in pristinam denuo redirent sedem. Calculorum quoque interdum excretiones cum loco molestæ successerunt, calculosis, rheumaticisque doloribus crebrius alternantibus, qui tamen a motibus animi, ac varietate temperatis semper acerbiores facti ægram ita afflire, ut & vires, & carnes decesserint, malo jam ultra annum durante. Notatu vero dignum fuit, quod cum ægra ad leniendum aliquatenus assiduum, & gravem lumborum, & coxarum dolorem situm dorsi curvum sibi elegisset, inferiorum dorsi vertebrarum ligamenta usque adeo relaxata fuerint, ut illæ

e

---

(*a*) Med. rat. syst. T. 4. P. 2. S. 2. C. 8. caj. 1.

e situ suo quodam modo protrusæ prominenter, & ipsa sine dolore erecta incedere vix posset. Sollicita dein Auctoris ope ægra pristinam recuperavit sanitatem. Apud eundem (a) Causidicus, 30 annis major, gracilis, at fibrosus, ultra 15 annos pene singulis mensibus hæmorrhoidum fluxum habuit, toti suæ familiæ ita solennem, ut non modo iterque parens eum continuo pateretur; sed liberi quoque, imo & feminæ circa 12 & 15 annum, rite licet fluentibus catameniis, eidem essent obnoxiae. Hoc fluxu a 4 mensibus non reverso insignis animum, corpusque languor invasit, simulque dolor tensivus, & constringens in sterno, ac thorace cum frigore, ac spiratione præsertim a motu difficiliore, & alvi segnitie est obortus, 4. Væ. Sbus. pedis non abolendus. A fortiori autem corporis motu cum aliquando fluxus, exiguis licet, rediisset, omnis oxyus dolor, ac molestia defit, non sine sensatione calidi cuiusdam humoris a thorace ad pelvim sensim descendenter, cessante autem fluxu dolor pristina loca repetiit. Haud multum absimilem historiam narrat J. J. FORTIS (b) de Abbatे annum 51 agente, parentes hypochondriacos nacto, qui ipse multis abhinc annis malo hypochondriaco obnoxius a moderato quandoque hæmorrhoi-

hoi-

(a) Ibid. casu 8.

(b) L. c. Cent. 3. Cons. II. p. m. 328.

hoidum fluxu oborto levabatur. Post graves autem animi motus incidit in immodicum hæmorrhoidum fluxum cum lipothymia; quo suppresso statim supervenit intensissimus lævi thoracis dolor maximo cum fervore, ac dyspnœa, lotioque multo, crudo, aquoso. Sedato dolori successit febricula levis, uno vel 2do die iterum soluta, omnia hæc mala terredi, & quidem semper ab animi pathematis cum pondere quodam in ano ad perineum usque protenso, dolore dorsi, & stomachi imbecillitate.

13. *Hæmorrhagiæ vicariæ* omnis fere generis, quæ inhibitum hæmorrhoidalem fluxum resarcire solent, cujusmodi sunt in primis.

a) *Narium Hæmorrhagia.* Duo ejus luteulenta exempla narrat M. ALBERTI, ac primo quidem loco (a) tabellarius 46. annorum, sanguineo - melancholicus juvenis crebras narium hæmorrhagias passus, deinceps multis itineribus deditus, dum hyeme quadam domestica rem procurat, externas noctus est hæmorrhoides, quæ post paucum fluxum iterum desiere. Infœquente hyeme cœcas adeptus hæmorrhoides cum gonagra, & ischiade, simplicia tantum usurpavit auxilia, artificiosis abstinentis; vere autem peregre profectus, post  
vini

---

(a) Diff. de insolitis hæmorrhoid. vii. §. 16.

vini Thuringici in via potum, dolorem pulsatilem, ardente, & lacinantem externum circa anum in distantia 2 digitorum latorum sensit, demumque sub alvi dejectione inter eundum urgente, in loco dolente perruptio spontanea accidit, & ad venulam in superficie loci affecti sitam per aliquam moram satis insignis sanguinis quantitas guttatim effluxit, summa cum euphoria; fluxuque dein sponte iterum cessante homo abhinc nunquam amplius vel haemorrhoides cœcas, vel dolorem coxae, genuve paſſus est; sed haemorrhagiæ narium aliquoties iterum per annum, præſertim vere, & autumno, succedebant, queis sub negligentiori diæta, & regimine intermittentibus vel erysipelas capitis, vel acer rheumatismus nascebatur. Alter (a) „Parochus „ . . . 30 annorum, sanguineo-melancholicus, ob frequentiorem usum vini Hungarici „haemorrhoidarius redditus; qui vero incongrua diæta hoc haemorrhoidale negotium „rurbavit, abhinc narium haemorrhagias, quæ „in pueritia ipsi familiares fuerant, reperitas „expertus fuit; quas vero utpote in officio „suo moleſtas . . . cohibuit. Inde tuberculum sanquinoletum in extrema narium superficie obtinuit, quod frequenti comprefſione adeo irritatum fuit, ut in majus concrementum transferit. Id ipsum vero, dum „Væ.

---

(a) Diff. cit. de excrescentia naſi &c. §. 4. p. 17.

„Væ. Snes. repetitæ in pede institutæ, hæ-  
„morrhoides denuo revocatæ, & in ordinem  
„deductæ, & tandem desiccativa remedia ex-  
„trinsecus, nec non revulsoria alia adminis-  
„cula applicata fuere, iterum successive eva-  
„nuit; licet jam in satis magna mole extite-  
„rit.“ Pari modo ab hæmorrhoidum suppres-  
„sione narium hæmorrhagiam SCHURIGII (a)  
vir, ac SCHWERDTNERI (b) pater perpepsi sunt.

b) *Palati* quoque e venis profluvium san-  
guinis ab hæmorrhoidum interceptione litera-  
to ZETTERMANNI (c) accidit, & c. HRELWI-  
CHII (d) viro annum 30 ætatis agenti, san-  
guineo-melancholico, qui in Italico itinere  
ex abusu generosi vini 27mo ætatis anno hæ-  
morrhoides nactus fluentes, ubi eas supprimi  
sivit, abhinc jam gravativo circa sacrum os  
dolor, jam spasmis vagis, jam gravibus an-  
xietatibus, imo & lipothymiis, aliisque ma-  
lis affictus est; donec aliquo post tempore  
lancinantem primum circa uvulam dolorem,  
ardoremque sensit, quo brevi iterum desinen-  
te aliquanto post per biduum sanguinem scre-  
avit sensim, & per intervalla citra ullius af-  
fec-

(a) Vide §. 133. a)

(b) Vide §. 104.

(c) Vide §. 108. b)

(d) Miscell. nat. cur. dec. 3. ann. 9. Obs. 118.  
p. 214.

fectus indicia. Variis adstringentibus adhibitis efficere nequivit, quo minus haec oris haemorrhagia aliquoties rediret circa illas ipsas lunæ phases, quibus antehac haemorrhoidalis fluxus contingebat. Veri quoque est simile, propolam AMATI (a) huc perinde, non ad haemoptoicos, esse referendum. Luculentissimum autem hujus commatis casus memoriae prodidit J. W. F. BOENNEKEN (b): faber ærarius 49. annorum, cholericо-fanguineus, nullis vel haemorrhagiis, vel morbis periculosis obnoxius, serius & levia scorbuti symptomata sentire cœpit, & conqueri simul interdum de doloribus lumiborum, anoretica flatulentia, & alvo obstruēta. Cœcas insuper haemorrhoides, interdum & stillantes cum acerrimo tenesmo experiebatur. His autem, nescio cur, restituantibus cum aliquando ex itinere frigido, nebulosoque rediisset, salivam cruentam sputare cœpit: quod malum cum a collatoriis stipticis potius invalesceret, inspečto postridie ore, visebatur linguæ apex & latera, gingivæ, velum pendulum turgidissimis varicibus undique obsessa, ac sanguis non ex his modo; sed etiam raninarum finibus copiosus profluere; imo & ex linguæ superficie leviter pressa, velut e madida spongia sanguis floridus egrediebatur, ac, si quæ varicu-

(a) Vide §. 115. Nro. 3.

(b) Act. nat. cur. Vol. 8. Obs. 49.

&iculæ creparent, novæ mox succrescebant. Porro toto corpore præsertim in pedibus, ac pectore rubicundæ, scorbuticæ petechiæ, in brachiis vero maculæ latæ, lividæ, dolorificæ adfuere. His omnibus febribus motus se junixerunt. Sanguis e pedis vena eductus, ubi coivit, lividus erat, viridis, gelatinosus, crusta tenaci, velut corio, coopertus. Væ. Snem. syncope ter, quater secuta. Cum bina collutoria adstringentia sanguinem non cohiberent, revulsio, & hæmorrhoidum revocatione tentata acriori enemate; sed latentes in recto intestino flatus minimum ejus admiserunt. A meridie diei 3æ cum ad compescendam oris hæmorrhagiam nec novum collutrium, nec  $\ddot{\text{E}}$ ges temperantes, nec litus antisepiticus, nec prisana hordei cum scordio quidquam opis ferrent, nec dolores faucium, ac tonsillarum externis epithematibus lenirentur, media nocte spongia marina cocta semicircularis figuræ collutorio imprægnata ac linguæ subdita hæmorrhagiam paulisper minuit, ac horæ somnum procuravit; sed a cohibito in vasis sanguine lingua plus tumuit cum dolorifico, & quasi igneo ardore, ac rigiditate. Diei 4æ mane spongiis suffæcti sacculi ex herbis vulnerariis, & adstringentibus, datumque eccoproticum, quo bis alvus mota. A meridie læto omni dolor in lumbis obortus cum tenesmo: ad promovendas igitur hæmorrhoides injectum enema, & pro sacculis oris linteola stiptico liquore imbuta pro obvolverenda lingua adhibita, hæmorrhagiam oris

pau-

paulatim cohibuere. Interne data M.Ra. e temperantibus, diapnoicis cum opio. Circa  $\frac{1}{2}$  noctem febriles motus orti mane iterum desiere. Pro inflammatione veli, & uvulae pene gangrenescente præscriptum gargarisma antisepticum. Mane diei 5æ datæ Ræ. rhei  $\nabla$ æ. 3ij. cum liqu.  $\nabla$ æ. fol.  $\varphi$ ri. 3j. alvum semel moverunt, & a meridie hæmorrhois stillare cœpit: idecirco iterata enemata. Subortæ autem tunc dysuriæ, & ischuriæ occursum Ræ.  $\ominus$ .  $\varphi$ ri. & fortu e fl. samb. & chammom. in lacte coctis ano, perinæoque admoto, quo fluxus hæmorrhoidum redditus uberior somnum etiam accivit. Die 6a nonnisi tenax mucus vix ullatenus cruentus exscrebatur: rursus ergo datæ Ræ. rhei  $\nabla$ æ. 3vj. pro dosi, & ad assiduos lumborum dolores mitigandos imperatus usus infusi e millefolio, adianth. alb., cort. citr., & sem. foenic. Hodie primum a lingua, palato, & gingivis corruptæ partes abscedebant, & mundificatio occepit non sine dolore, & ardore partium læsarum, cui perinde provisum. Sub noctem febriles motus graviores non insalubres contorti. Die 7a rursus Ræ. rhei  $\nabla$ æ. 3 $\beta$ . exhibita, præter infusum lenissime diureticum. Hodie screatus mucosus, & maculæ illæ scorbuticae pallidiores. Vesperi ad præcavendam febrim data M.Ra. antipyreta. Die gvo defit oris, anique hæmorrhagia, curatio ulterior ad oris ulcera, vires & scorbutum directa, ægerque consanatus. Minus vero molesta fuit id genus hæmorrhagia palati in j. c.

BÜN-

**GÜNDELLI** (a) viro mediæ ætatis, a juventute tubercula in ano jam plus: jam minus tumescens gestante, at sine ullo molesto symptomate. Horum nonnulla cum aliquando solito magis intumuissent cum vehementi dolore, omnia quæque topica eludente, maximum ex iis aperiri justit: quo facto egressus mediocri copia sanguis coactus illico dolorem solvit, simulque præter apertam varicem aliae quoque duæ collapsæ sunt. Post aliquot hebdomadas in medio maxillæ superioris sponte erupta sanguis scaturiebat, semelque tam ubertim, ut hiatus linteo carpto fuerit obturandus. Nullus vel oris, vel capitis præibat dolor. Fluxus triduum durans, sua semper iterum sponte conquiscebat superstite in loco vesicula, quæ post 6. vel 8. horas rursum crepans, novam causabat hæmorrhagiam. Desinens postmodo malum in biennium jam non revertit, neque etiam intra hoc tempus ani tubercula tumescebant.

*Aurium e meatibus enatam ab hæmorrhoidibus interceptis hæmorrhagiam raro exemplo refert. s. LEDELIUS (a): eruditus juvenis 30 annorum, hypochondriacus, continuae alvi constipatio obnoxius, 4to tantum quo-vis*

(a) L. c. 15. Beobacht. p. 70.

¶ Miscell. nat. cur. dec. 2. ann. 5. Obs. 265.

vis die desidens, menstruum hæmorrhoidum fluxum ab aliquot annis patiebatur cum levamine, quo ob neglectam diætam aliquando suppresso, secuta g. dierum suppressio alvi, dolor hypochondriorum, cephalalgia, anorexia, sitis, ac vigiliae. Variis remediis parum opitulanibus cephalæa immanis in plures hebdomadas affligebat, donec eam insignis ex auribus hæmorrhagia oborta solvit in momento. Lapso mensie rediit idem hic fluxus eodem cum fructu; sed eum revocatus aperientibus, ac præsertim Ræ. metallorum fluxus hæmorrhoidalis denum abolevit, recurrente nihilominus itentidem, in primis a cibis flatulentis, & excessu in potu, cephalalgia.

d) *Hæmoptoe* vero multo sæpius hæmorrhoidum suppressioni succedere consuevit, in quam prolapsi sunt SCHMUKERI (a) complures ægri, AMATI (b) homo, ac duo STUNZERI (c) viri, quorum posterior (d) post fluxum suppressum, cum diætam non mutaret, hæmoptoe correptus est; quam pediluvia, & Væ. So. in pede compescuere, abhinc, ubi salem amarum, enemata mollia, pediluvia, ac pedis phlebotomiæ fluxum revocassent, æger

ut

(a) Vide §. 115. Nro. 3.

(b) Vide §. 115. Nro. 3.

(c) Vide §. 148.

(d) L. c. p. 100, sq.

ut ante sanus vixit. OETHEUS apud J. SCHENKUM (a) alias meminit viri, qui a suppresso hæmorrhoidum fluxu posthac menstruam semper hæmoptoen patiebatur. BERCHELMAN-NUS (b) quoque curandum habuit Pastorem 67. annorum, qui per 25. annos hæmorrhoidum fluxui obnoxius ubi hunc amisisset, in sputum, vomitumque cruentum incidit; Auctoris tamen opera pristinam recuperavit sanitatem. Perinde J. STORCHII (c) homo 38. annorum, sanguineus, eufarcus, utroque parente phthisico natus, multis junior narium vexatus hæmorrhagiis, A. 1718 ætatis 26 multum equo, & curru vectus hæmorrhoides naectus est, qua cœcas, qua fluentes, queis adstringente suffitu repressis, crebra, ac diurna, utut non copiosa, succedit hæmoptoe. Quot annis quidem 4. Væ. Ses. institutæ; sed confusæ jam in brachio; jam in pede, hinc iterum hæmorrhagiæ narium indicia redibant. Septembri 1727. consultus Auctor suasit æquinoctiales, & solsticiales Væ. Ses. per plures annos, semper in pede, ac minimum ad ȝvij — x. Porro per mensem, bis quavis hebdomade, pilulas vel BECCHERI, vel STAHLII; ad tussim vero ȝrem pectoralem cum infuso herbarum, in paroxysmo

(a) Obs. med. L. 3. P. 1. Obs. 159.

(b) Fragmente zur Arzneikunde. 3. Päckchen n. 8. p. 74. fqq.

(c) Obs. clin. ann. 8. Decembr. d. 4. p. 668.

mo autem  $\ddot{\text{E}}$ em e nitro, & corall., ac pediluvia. Decembris 10ma A. 1730. referebat, se per biennum hoc sic fatis bene valuisse, parca interdum, nec periculosa hæmoptoe recursante. A Dominica 1ma post trinitatis laboravit 18. hebdomadum 4na, in medio triplici, ad  $\ddot{\text{E}}$ es, essentias, electuaria cum vino ante insultum sumta, pilulasque catharticas, quæ saepe alvi loco vomitum civere, contumaci; demumque  $\ddot{\text{E}}$ e sem. Lycopodii ad  $\ddot{\text{E}}$ j e  $\omega$  frumenti, ante accessionem sumto profigata, relictis tamen post se sudoribus nocturnis. Ante 8 circiter hebdomades a dosi  $\ddot{\text{E}}$ is antispasmodici vesperi sumti hæmoptoe jam ab anno quiescens revertit; sed  $\ddot{\text{E}}$ e ex nitro, & coralliis, ac pediluvio iterum sopita. Post 4. hebdomades rediit gravior cum vehementi dolore in quadam dextri lateris plaga, mox sub costis. Admoto ad locum dolentem fotu ex aceto vini, in quo foli $\ddot{\text{z}}$  ros. rubr. intabuere, & Væ. Se. brachii hæmoptoe denuo quidem substitut, sed ex illo tempore homo spasmos in pectori sensit, & dolores dextro in femore, ac dorso ab humeris ad anum usque protensos cum insigni ranceidine, saepe revertente. Post 4 alias hebdomades hæmoptoe iterum revertit, æger noctu exscrebat cum sanguine rutilo multum muci lenti, qui interdiu strias tantum sanguinis vehebat. Cum frustra  $\ddot{\text{E}}$ em ante proficuum cum potu pectorali subadstringente usurpasset, nec plus opis tulissent adstringentia ab his; ab illis glutinantia, trachomatica; ab aliis opiate præscripta, hæmopiyfi. 1omo quovis die re-

cursante, consultus denuo Auctor, cernens naturam tot remediis, in primis adstringentibus confusam, jubet ægrum sepositis omnibus remediis aliquamdiu abstinere, & aliquot paroxismos sub leni regimine, tenuique potu perpeti; in declinatione imperat Væ. Sem. in pede, & hirudines ad anum. Ab his plus, quam ab omnibus haec tenus usurpati, proficit, & iterata ante vernum æquinoctium Væ. Sæc. in pede, toto insequente anno penitus fere liber ab hæmoptoe effectus est. Aliis autem id genus hæmoptoe magno stetit. Vir certe J. C. BAEUMLINI (a) inde phthisicus demum perit. L. WOLFSTRIGELII (b) vir 49 annorum, melancholici habitus, & per aliquot annos hypochondriaco malo admodum vexatus, præprimis de dolore hypochondrii lævi conqueri solitus, post suppressum hæmorrhoidum fluxum, quo alias levare solebat, hæmoptoe bis intra semestre correptus est, qua 3tio reversa interiit. Lien ei magnus erat, lividus, flaccidus, vasa mesenterica, & gastro-epiploica atro sanguine turgida, & quasi varicosa; ren sinister dextro & minor, & flaccidior, dexter autem in parte superiori extorsum, cystidem habuit, lusoriae instar pilulae, turgidam sero subflavo, quod ex ea disfecta cum impetu erupit; nullaque via erat

con-

(a) *Commerce. Nor. T. 13. A. 1739. hebdom. 52.*

*Nro. 2. p. 413.*

(b) *Miscell. nat. cur. dec. 1. ann. 1. Obs. 43.*

conspicua, qua illuc pervenit. Pulmones turgidi & inflati erant a sanguine nigro, fermentescente, qualis etiam in liene, & confiniis venæ portæ, ac dextro cordis ventriculo repertus est. Hanc ipsam observationem dissimulato veri Auctoris nomine inter suas retulit s. BLANCARDUS (a). Paulo diutius vitam traxit J. D. GOHLII (b) bibliopægus ex interceptis prava medicatione hæmorrhoidibus perinde hæmoptoicus, donec dehinc oculubisset.

e) *Hæmatemesis si non frequentius; certe æque frequenter, ac hæmoptoe ab interceptis hæmorrhoidibus progigni solet, præprimis autem a præpostero emeticorum usu, ut accidit in ALBERTII (c) viro, ac cive STEGMANNI (d), quorum isti etsi nihil a vomitu cruento mali evenerit, plerisque tamen aliis ille funestus esse observatur. Sic apud H. BOERHAAVIUM (e) Marchio pater DE SAINT AUBAN post hæmorrhoides prætumidas igne, ferroque extirpatas integro anno recte valens bimestrem deinde nactus est dyspepsia.*

(a) Prax. med. cap. 4, opp. med. theor. practic.

T. 2. p. 83.

(b) L. c. dec. vol. 10. Sect. 3. p. 50.

(c) Vide §. 60.

(d) Ibidem.

(e) L. c.

pnoeam, cui enormis 10 dierum vomitus cruentus superveniens, eum e medio sustulit. Perinde J. C. GOEFZIUS (a) refert senem 75. annorum vegetum post suppressas pravo regimine hæmorrhoides in inflammationem internam, & hæmatemesin letalem incidisse, postquam illum biennio ante iisdem malis corruptum auspicato morti eripuisset. In Anna-libus Vratislaviensium (b) vir post depulsam podagram & suppressum hæmorrhoidum fluxum, prius uberem, incidit in hæmaturiam, anxietates, spirationem brevem, capitis inflationem, & obnubilationem cum vomitu primum contentorum, dein etiam sanguinis, præsertim post usum calidorum elixiorum contra priora symptomata. Post Væ. Snem, in pede data temperantia nitroso - cinnabarina, & eccoprotica; sed cum homo demum ob messem properans curationem abrupisset nondum triduanam, domi e suffocatione cum epilepsia repente exspiravit. Perinde F. HOFF-MANNI (c), „generosus vir 45 annorum, tem-peramenti sanguineo - melancholici, aulicæ, vitæ deditus, affuetus vieti duriori, vino liberalius utens, lumborum dolore vexatus, in hæmorrhoidalem fluxum incidit, quo ipse do-

(a) Act. med. Vol. 2. Obs. 190.

(b) Tent. 36. A. 1726. Junii. d. 2. art. 1. §. 2.  
p. 667.

(c) Diff. de salubritate fluxus hæmorrhoidalis. §. 10.  
opp. Suppl. 2. Part. 2. p. 114.

„dolor sensim conquiescit. Post 4 annos ces-  
 „santibus hæmorrhoidibus, & omissa . . .  
 „Væ. Sne. cui alias assuetus erat, dictæ diæ-  
 „tæ indulgens, infestabatur dolore sævissimo  
 „sinistri lumbi, ut insomnis multas noctes  
 „traduceret; urina mingitur rubicunda, vires  
 „prosternuntur, appetitus cessat; alvus ad-  
 „stringitur. Medicus . . . calculi præsen-  
 „tiam suspicatus . . . um salis, nec non essen-  
 „tiam Zedoariæ volatilem ad flatus dissipan-  
 „dos propinat per longum tempus: dolor in  
 „dies augetur, fixiorque redditur cum mag-  
 „na anxietate, animique crebra defectione,  
 „alter medicus in consilium adhibitus prop-  
 „ter venarum turgescentiam, & sanguineum  
 „corporis habitum suadet Væ. Snem. in pede,  
 „maxime cum antea æger ei assuetus fuit, &  
 „hæmorrhoidalí fluxui ante aliquot annos ob-  
 „noxius: qua celebrata sanguis cum impetu  
 „erumpit ad ulnam usque exsiliendo; dolor  
 „postea lumborum pauxillum remittit; vires  
 „interim fractæ manent, circa sinistrum hy-  
 „pochondrium tandem dolor sese magis ex-  
 „tendit, vomitu æger tentabatur, frustra da-  
 „tis omnibus abstensis, balsamicis, aperien-  
 „tibus, stomachiis internis: tandem cruentæ  
 „vomitiones sequuntur, quibus etiam animam  
 „exspirat.“ Multo hisce felicior fuit Vir J.  
 G. BRENDELII (a) „qui hæmorrhoides paulo  
 „lar-

(a) Diff. de cholera humida. 4to Götting, 1747.  
 Resp. J. T. BELIO, §. 5, p. 13.

,largius fusas pro dysenteria habitas acceptis  
 „ab empyrico adstringentibus cum coercuis-  
 „set; in vomitum cruentum magna cum car-  
 „,dalgia, torminibusque incidit, inter quæ  
 „,dum laxantur iterum hæmorrhoides, et si  
 „,fluxus uterque terrere videretur, multum  
 „,tamen levaminis sensit, blandeque sedato  
 „,demum utroque , a pedum oedematibus,  
 „,quibus ante laborabat gravissimis, vindica-  
 „,tus fuit.,,

*f) Umbilicalis hæmorrhagia*, cuius non  
 vulgarem L. G. KLEIN (*a*) suppeditat obser-  
 vationem: „puer ex primo in mundum introi-  
 „tu corpore plenus, parentibus natus habi-  
 „tus strieti, non hæmorrhoidarii, quadrien-  
 „nis, subito experitur sanguinis e recto inte-  
 „stino fluxionem haud assiduam; sed perio-  
 „dicam, & sub alvi depositione duriore certis  
 „temporibus, non autem regularibus notabi-  
 „lem. Transibat tandem eadem in stitlicidium  
 „sinceri sanguinis continuum. Consulebantur  
 „medici, atque chirurgi varii; tandemque per  
 „suffumigium ano admisum male sistebatur, post-  
 „quam biennium duravit. Ast quid? Umbi-  
 „licus mirum protrusus plorat pedetentim san-  
 „quinem sincerum, mox vero cùmulatius pro-  
 „fluit iste. Applicantur species nervinæ vino  
 „incoctæ, quibus prominens umbilicus retrah-  
 „hitur; superhabentur ḡes stiptici; sed incas-  
 sum.

---

(a) Act. nat. cur. Vol. 20. Obs. 71.

„sum. Qua de translatione morbos a diit  
 „mater miseri medicos varios; præscripsere  
 „multa, nihil vero mutatum de morbo. Puer  
 „cum haberet 11 annos, & meum poscit au-  
 „xilium ipsius mater. Profluvium jam tum  
 „per quinquennium durans contingit pedeten-  
 „tim quotidieque promanante sanquine puro.  
 „Puer corpore tener est, ac consumptus, men-  
 „te docilis, facie pallidus, statura parvus,  
 „dextri hypochondrii juncta est duries non  
 „dolorosa, in abdomine incident spasmadicæ  
 „sensationes, calor intercurrit volaticus cre-  
 „bro cum horripilationibus alternantibus, ur-  
 „get totius corporis lanquor, fitis, som-  
 „nus profundus, appetitus vagus, ventriculi  
 „gravitas, ex dyspeptis assumitis, alvus ple-  
 „rumque debite exoneratur, tussis ægrum-vel:  
 „xat periodica, magis vere, atque autumno  
 „pulsus celer est, pedes semper frigent; Præ-  
 „scribo 1mo) clix. viscerale balsami temper.  
 „HOFFMANNI. cum liq. □ a fol. □ ri, effent.  
 „milefol., cascarill. aquos., R̄a Oli ♂  
 „LUDOV. 2do) infusum theiforme ex mille-  
 „fol., agrimon., hyperic., virg. aur., semi.  
 „fœnic. 3to) frequentiorem pediluviorum,  
 „atque enematum simplicium usum, 4to) dia-  
 „tam exæstissimam, regimenque temperatum.  
 „Nil faciunt eadem; clysmata autem omisere:  
 „quin lassitudo increscit, diarrhoea cum dolo-  
 „ribus infimi ventris accedit. Appetitus ci-  
 „borum quandoque excedens est. Præbeo  
 „apozema ex plantis aperientibus paucō lacte  
 „caprillo remixtum. Suadeo, ut aliquot hi-  
 „rudi.

„rudines intestino recto admoveantur clysma-  
 „te prævio. Commendo Selteranas pro folen-  
 „ni cura junctis pediluvii domesticis. Ne-  
 „gligit mater consilium: fato reliaquitur puer.  
 „Cum in præsenti habeat annos 24, tandem  
 „percipio certius Parisiis, ubi degit, silere  
 „fluxionem umbilicalem, neque etiam recru-  
 „duisse hæmorrhoidalem, istamque ætate cre-  
 „scente successive sponte cessasse.„

g) *Hæmaturia* quoque non infrequenter  
 suppresso hæmorrhoidum fluxui supervenire al-  
 solet, cuiusmodi exemplum VANDERMONDE  
 (a) suppeditat, pluraque ejusdem generis etiam  
 alibi (b) occurrit, queis & HOLLERI (c) no-  
 bilis, & ISENFLAMMI (d) senex, & plures  
 SCHMUKERII (e) ægri, & SCHURIGII (f) vir,  
 et STORCHII (g) mulier, & Vratislaviensium  
 (h) homo addendus.

h) *Stymatosis* denique etiam interdum,  
 utut rarius, suppressarum hæmorrhoidum in lo-  
 cum successisse est observata, velut in RAIMAN-

NI

- 
- (a) Journ. de Medecine T. 1. p. m. 168.
  - (b) Vide histor. hæmorrhoid. vesicæ §. 10.
  - (c) Vide §. 117. β.
  - (d) Vide histor. hæmorrhoid. albar. §. 16.
  - (e) Vide §. 115. Nro. 3.
  - (f) Vide §. 133. a)
  - (g) Vide §. 75. c.)
  - (h) Vide præcedent, e),

NI (a) & SEGNERI (b) viris, & I. A. GRENSE-LII (c) miles gregarius post subsistente familiarem sibi hæmorrhoidum fluxum, incidit in involuntarium, & copiosum sanguinis puri ex pene fluxum, etiam in somno citra mictionem, ardorem, aut dolorem, cum tensione tamen subinde abdominis, ac virium post mensem prostratione. Datis autem absorbentibus, temperantibus, emulsis nitrosis, & alcalinis, ac demum tonicis fluxus hic substitut, ægerque convaluit.

14. *Agmina symptomatum complicatorum*, & interdum satis mirabilium, dum sanguis hæmorrhoidalis ab ano quasi repulsus, quaqua versum in alias corporis partes regurgitat, earum functiones simul, ac semel lædit. M. ALBERTI (d) meminit juvenis theologi 21. annorum, melancholico-sanguinei, valdeque plethorici, & ante 4 annos largum hæmorrhoidum fluxum passi, qui lecta ante aliquot tempus brachii vena, cum substitisset ejus loco magnus sanguinis in venis orgasmus natus est, in quibus æger insolitus ardorem, præcipue in brachiis, & palpitabundum in iisdem venis motum etiam sensit. Ventriculus in-

(a) Vide §. 84. d)

(b) Ibidem.

(c) Miscell. nat. cur. cent. 3. Obs. 51.

(d) Dissert. de hæmorrhoidib. juniorum §. 4.

insuper læsus erat, ægro in dies magnam spu-  
ti viscidi ex gula ascendentis copiam excer-  
nente. Junxit se his gravis passio hypochondriaca, & pertinax alvi obstructio. Perinde  
A. LOEWII (a) pharmacopœus 50 annorum  
ex familia hæmorrhoidibus masculo sexui hæ-  
reditariis obnoxia, juvenis adhuc fluxum  
hunc naetus est, menstruum & cum euphoria;  
quo restitante continuo supervenit corporis  
lanquor, tormina, gravitas ad os sacrum, æstus  
p. n. quasi continuus, defluxiones capitis bi-  
liosæ, ophthalmia; &c. virili autem in ætate  
fluxus excedere cœpit, namque singulis pene  
hebdomadis recursabat, sanguine ad libras  
manante cum virium lapsu, faciei colore sub-  
viridi, coxarum gravitate, crurumque debilitate,  
ut vix homo incedere posset. Sistit tamen ci-  
to non debuit, secus oxyus præcordiorum  
anxietas, dyspnœa, & cordis palpitatio ade-  
rant, lente autem ac circumspetè medendo  
obtenta est moderatio fluxus per multos an-  
nos. Numerosa quoque symptomata simul in-  
de perpepsi sunt ALIXII (b), GENSELI (c)  
ac HERMANNI (d) ægri, HOFFMANNI (e) vi-  
dua,

(a) AEt. nat. cur. Vol. I. append. Nro. I. Con-  
stit. epid. Sempronienfis A. 1706, p. 60.

(b) Vide §. 71. f)

(c) Vide §. 62. b)

(d) Vide §. 55. Nro. 5.

(e) Vide §. 108. a)

dua, plurimique alii, inter quos nobilis quidam apud G. H. VELSCHIUM. (a)

### §. LVI.

REVOCATIO *hæmorrhoidis* interceptæ nulla subinde arte obtineri potest, obtenta vero tempestive tollit plerumque morbos a suppressione natos: ast ubi sero nimis obtinetur, vix quidquam opis adferre vîsa est. Judiciose profecto, ut folet F. HOFFMANN (a) „quam facile (inquit) & expeditum est, & „mensium, & hæmorrhoidum fluxum sistere; „tam arduum, & difficile erit eundem revocare, inque ordinem redigere, & quidem „eam ob rationem, quia constrictis extremis „vasis, & partibus, per quas fluxio fit, & vasorum & nervosarum partium motus statim „invertitur, & versus interiora, & superiore declinatur: qui motus alienissimus, si diu „durat, quasi in habitum abit, & ægerrime „emendatur. Hinc fluit ratio, cur mala illa „spasmodica a retento, vel intempestive cohibito mensium, & hæmorrhoidum fluxum tam pertinacia, ac fere insanabilia fint, nisi mox inter initia convenientibus remediis iis „occir-

(a) Consil. medic. Cent. I. Nro. 7.

(b) Med. rat. syst. T. 2. P. 3. C. 6. §. 216  
Scholio.

„occurramus.“ Exemplo sit M. ALBERTII (a) Serenissima quædam ægra , cui cessans hæmorrhoidum fluxus , varias accivit ægritudines , variis quidem artis subsidiis leviores primum effectas ; verum cum diæta , & regimen therapiam non adjuvere , afflictio increvit . Quam ne mineralium quidem aquarum usus emendavit ; imo auxit , ut ab ulteriori aquarum usu fuerit desistendum . Plura alia id genus exempla passim hocce opere lectori occurrent . Revocato autem mature satis fluxu gravissima quæque mala ocyus , aut insig- niter imminuta , aut penitus sublata fuisse docent plurimi casus , ut ALBERTII (b) , ALIXII (c) , ALBRECHTI (d) , SOMMERI (e) , BER- CHELMANNI (f) , KLEINII (g) , STAHLII (h) , &c. J. J. SCHLIERBACH (i) meminit pueri cholericō - sanguinei , gracilioris , qui

IMMO

(a) Diff. de hæmorrhoidum prudenti therapia per acidulas , & thermas . §. 8. Tract. cit. P. 2. p. 172.

(b) Vide §. 55. Nro. 13. a)

(c) Vide §. 71. f)

(d) Vide §. 55. Nro. 7.

(e) Ibidem Nro. 13. d)

(f) Ibidem. f)

(g) Ibidem Nro. 9. b)

(h) Vide §. 84. c)

(i) Act. nat. cur. Vol. 8. Obs. 49.

imo ætatis anno præviis dorsi, ac ventris doloribus natus est hæmorrhoidum fluxum quovis mense per 3 annos rite revertentem illæsa sanitatem; sed ubi dein per 4 periodos non rediit, successit colica cum doloribus dorsi, sequente brevi post lotii ardore, & insigni scroti tumore, quem chirurgus pro scrotali hernia habens discutit herbis aromaticis in vino coctis; inde emplastrum stipticum, fasciamque apponit, interne præbet, nescio quem spirituolum liquorem, quo sanguis magnopere commotus: hinc anxietas ad præcordia, temulentia, pavores in somno, puerque noctu surgens hinc inde per domum sui inscius oberrabat. Sed Ære temperante nitroso aliquoties dato symptomata omnia conquievere, tandemque fluxu etiam reverso puer omnino convaluit.

### §. LVII.

PROVOCATIO hæmorrhoidum ambigui semper est eventus, & periculosa. Ex omnibus enim haec tenus dictis probe expensis, & ad se mutuo collatis sponte fere sua fluunt sequentia corollaria, quæ præsentem thesin veram esse probant.

I. *Hæmorrhoides semper sunt morbus.*  
Enim vero „quocunque modo accidunt hæmorrhoidalia pathemata, inquit M. ETMÜLLERUS

„LERUS (a) omnia sunt præter naturam, cum  
 „hæmorrhoidales affectus naturaliter némini  
 „contingant, adeoque semper corum affectus  
 „præsupponunt statum præter naturalem, &  
 „inorbidum, hinc sicuti mulieribus virtio  
 „mensium supervenire solent.“ &c. In eandem  
 sententiam abit LUDWIG (b) dicens: „cum  
 „hæmorrhoides in sanis, & robustis homini-  
 „bus nunquam fluant: sed in his tantum,  
 „qui aliquam sanitatis speciem præseferunt,  
 „ob varia diætæ vitia, interdum excitentur;  
 „facile concluditur, hunc fluxum, in primis  
 „nimium, semper ex causis morbosis oriri,  
 „ideoque etiam effectus ejus nunquam saluta-  
 „res esse posse. Dyscrasia humorum, & te-  
 „nis serosa cum acrimonia sæpius conjuncta,  
 „& atrabilioria tenacitas, acrimonia nun-  
 „quam destituta; in laxitate & rigiditate so-  
 „lidorum cacochymis his convenienti simul  
 „se monstrant, ideoque varias dispositiones  
 „morborum fovent. Quamquam vero in ri-  
 „giditate solidorum cum genesi atræ bilis  
 „conjuncta hæmorrhoidalis fluxus auxilium  
 „est; tamen perquam raro moderatus cog-  
 „noscitur: quemadmodum igitur nimis par-  
 „cus molestus est; sic ex altera parte copio-  
 „sa sanguinis excretio, quoniam acrimoniam  
 „non tollit; sed tenuitatem & deffectum cruo-  
 „ris

(a) L. c. p. 144.

(b) L. c. p. 413.

„ris boni inducit, sanitati infensa est.“ Si itaque a morboſo tantum corporis ſtatu hæmorrhoides ortum trahunt, liquet ipsas etiam morbum eſſe debere, arque hujusmodi ſtatum, ſi prius non adfuit, provocatione hæmorrhoidum arte facta induci absque periculo non poſſe. Cum autem hæmorrhoides ſemper ſint morbus, utpote effectus corporis morboſi, tunc

2. Criticæ hæmorrhoides etiam ſunt, minus tantum malum, collatæ cum morbis, quorum ſunt crisis; at ita, ut facile in majus degenerare, idque vel excessu, vel defectu, queant. Nam cum malum hoc admodum mutabilis fit indolis; facile in nimium fluxum, vel suppressionem utrumque periculi plenum, deturbari potheſt. Unde non abs re  
 s. A. D. TISSOTUS (a) „raro (ait) beneficium,  
 „& fleibile quidem beneficium ſunt, hæmorrhoides.“ Hunc fecutus HILCHEN (b) „hæmorrhoides suas & ad cœlum usque extollant (ait); nobis fane laus hæc ſemper merito, & ex jure ſucepta erit; eſt enim hæmorrhoidalis fluxus vacillantis sanitatis commes, & aurei illi montes, quos ſibi hæmorrhoidarii medici pollicentur, parturiunt ſæpe pœnitendos morborum ſuccellus.“ His binis

(a) Epift. ad ZIMMERMANN. Obs. 2. Nro. 8.

(b) Diff. de dolore coxae. §. II.

binis, quæ ex ipsa istius fluxus sponte etiam oborti natura eruuntur, prius expensis, videamus nunc ecquid ipsa provocatio mali directe causare valeat.

3. *Provocatus arte fluxus potest esse incongruus morbo*: i. e. quoniam diagnosis molimum hæmorrhoidalium non semper absolute haberi potest, ob signi pathognomici defectum, facile evenire potest, ut ad præsentiam quorundam symptomatum hæmorrhoidalia molimina mentientium, & ex longe aliis interea causis enatorum, animum quis præfertim, qui ubique hæmorrhoides clam subesse suspicatur, adjiciat ad hasce provocandas, sicque unum curaturus morbum per alium pro uno duos officiat, prioremque illum deteriorem etiam reddat. „*Præconcepta opinio*, inquit HAEN (a), ubique hæmorrhoidas querendi id damni praxi intulit, ut vera causa dolorum in lumbis, in ano, in vesica urinaria prætervideatur, hominesque neglecta vera ærumnarum causa frustra ad hæmorrhoidas torqueantur. Contigit videre in praxi sic dispositiones calulosas, sic recti intestini inflammationes, desperatas relaxationesque esse neglectas, negligenti fere esse redditæ.“ Porro dum fluxum provocare satagimus, non raro

4. *Pro*

(a) L. 6. §. 19. Nro. 6. p. 37.

4. *Pro fluxu hæmorrhoides cœcæ furentes oriuntur cum discriminé, nedum utilitatem, eo, quod ad fluxum facilem, moderatum, ac placidum nec vasa sæpe disposita sint, nec sanguinis aut indoles, aut motus localis.* Quam autem gravia symptomata, ac perniciosi inde effectus sæpe orientur, satis superius (*a*) vidimus. J. G. HOYERI (*b*) vir vitæ delicatæ, & uberi vino assuetus quandoque dysarrestesi vexabatur: medici Væ. Ses, cathartica, aliaque idonea dantes motum quoque cerebriorem cum strictiori diæta imperarunt, donec alias superveniens hæmorrhoidum provocatione opus esse persuasisset: idcirco pilulas balsamicas, essentiam dulcem, hirudines, frictiones ani, &c. diu in usum duxit; at sperati fluxus loco nil nisi fistulam ani letalem obtinuit. Sed ut demus, erupturum adhibita arte sanguinem, num per anum ideo semper erumpet? Imo vero

5. *Stymatosis, hæmaturia, hematemesis, hæmoptoe, &c. perinde evenire poterit.* Cum enim hæmorrhoidalia vasa non modo per intestinum rectum; sed vesicam etiam, vaginamque uteri, ac penem discurrant, evenire utique potest, ut major forte in harum partium; quam ani vasis adsit dispositio ad hæmorrhoidalem sanguinem excernendum. Tuttum-

(*a*) Vide §. 53. II.

(*b*) Act. nat. cur. Vol. 3. Obs. 17.

tumne autem est sanguinis ex vesica urinaria profluviū? At demus etiam hæmorrhoides ipso ex ano fluxuras, ipse hic

6. *Fluxus frustraneus vel noxius esse potest; enim vero præpostero ordine potest oboriri vel*

a) *Internarum hæmorrhoidum fluxus, ubi externis opus est, vel vicissim: „male sæpius videmus, inquit HARN (a), eorum succedere conatus, dum otiente plane natura illi non piceum illum, qui forsan tota morbi causa, sanguinem educunt, sed eum, qui ex iliocorum vasorum propaginibus floridior, vegetiorque, & quo homo miser maximè indiguissest, profluit: unde efficitur, ut ille longe debilior, mestior, magisque atrabiliarius reddatur.“ Quod si vero etiam ex iis, unde opus est, sanguis erumpat vasis, potest utique fluxus accidere.*

b) *Nimius vel mox initio, vel certe deinceps; quandoquidem id variæ, ac leves sæpe causæ homini non semper evitandæ (ut ira, motus, potus, &c.) efficere solent: unde pessimæ sequelæ (b). Alias*

c) *Parcus vel mucosus tantum elici potest, qui nullatenus; aut non magnopere symptoma, morbumque levat. Porro poterit esse*

d) *Non*

(a) L. c. Nro. 1. p. 35.

(b) Vide §. 53. III. B. Nro. 1. a. b. c. d.

d) *Non levans*, utut sufficiens, certum enim est, haud semper oborto fluxu symptoma sopiri; sed sæpen numero pergere: quis autem a priori dixerit fluxum profuturum? denique etiam si initio levans fuerit, morbumque prævium fustulerit; habitualis tamen factus, si deinceps

e) *Suppressus* fuerit, quid est uspiam morboſi, quod non accersere valeat (a)? Id autem nullatenus a nostro pender arbitrio, ut pro libitu hunc fluxum vel conservemus, ne unquam subsistat; vel suppressum oxyus, facileque revocemus; quippe qui nulla sæpe arte fit revocabilis, ut ante dictum (b) hinc etiam *GALENUS* (c), ubi varia fluxum hæmorrhoidum concernentia expendisset. Subdit demum „aliter autem non est assuefaciens, ei, quæ fit per hæmorrhoidas, evacuationi, ut quæ periculosa habeat utramque immoderantiam, sive supra modum sanguis excernatur; sive ex toto supprimatur.“

(a) Vide §. 55.

(b) Vide §. 56.

(c) In *HIPPOCRAT.* *Aph.* comment. Nro. 25.

## E r r a t a.

Pag. lin.

1	5—6.	hæmorr-hagia	lege	hæmo-rrhagia,
2	8	appellatione		appellatione
	10	clarum, id omnino		clarum id omnino,
	23	unde		unde unde
3	1	<i>ατιόσυξης</i>		<i>απόσυξης</i>
3	21	HAMBERGIO		HAMBERGERO
4	18	autichorosi		aut icharosi.
5	penu.	juxa		juxta
8	15	referrenda		referenda
12	4	distribuntur		distribuumtur
14	14	protrusæ		protruso
16	6	oblegat		ablegar.
	17	dedectum		detecktum.
17	9	alliiſ		aliis
	15	prudenda		pudenda
22	8	Christæ		Christæ.
	9	DIEIRISCH		DIEIRICH.
30	13	annum		anum
31	22	anomalis		anomaliis
33	18	Frax.		Prax.
36	18	puella		puellæ
40	9	connatu		conatu
	18	tenuo		denuo
44	5	pro divitatem		proclivitatem
47	5	prodidatetem		proclivitatem
55	14	apud		Apud
56	12	quod rare		quadrare
66	13	uleus		ulcus
70	11	dispnæa		dyspnæa
74	14	Ulmenſia		ulmenſis
75	14	fistul		fistul.
77	13	hæmorrhagialium		hæmorrhagiærum.
78	17	quiuerit		quiuerit
	penul.	clim.		clin.
79	7	stereore		stercore
	8	molis		mollis
	II	profluere		profueret
90	5	coralliorum		coraliorum
91	25	maleatione		malæatione
97	6	accenſetur		accenſetur
116	31	apra		apta
123	2	fixi		fixi
	22	acidere		accidere
126	13	non		nomen
129	23	ne		nec
133	22	viro		viri.
142	20	fuccusatoris		fuccusatoriis

E r r a t a

Pag.	lin.		
159	2	tuberculum esse lege inguinale.	turbeculum ingui- nale
161	5	I. E. DRANII	LEDRANI.
162	3	moles	molles
167	3	integro	integros
	6	unde triginta	undetriginta
169	20	referatur	referantur
172	9	firpandorum	firpandorum
178	10	spelo	speculo
180	16	illiaco	iliaco
	19	pereptat	pereprat
189	6	horore	horrore
192	18	copiose	copiole
191	7	semper	super
195	14	errectione	errectione
197	3	C.	c.
199	10	pronunciare	prænunciare
209	1	2	I
216	2	quia	qui
222	3	quippe	quique
234	15	grisco	grifeo
256	penul.	innitum	initum
257	17	Occalescentibus	ocallescentibus.
261	4	hipochondriaca	hypochondriaca
262	ult.	fana :	fana,
269	19	tantoque	tantaque
270	8	postridio	postridie
272	8	solum	non solum
	18	viscidam	viscidam,
274	16	facta	facta,
	17	assiduo	assiduus
278	23	39vo	39no
	26	unguent,	unguent,
279	13	asthmate	asthmate
280	9	palbutie	balbutie
284	13	dypnoea	dyspnœa
287	27	indulgens. Sine	indulgens sine
	28	morebatur	morabatur,
288	6	referenda	referanda
289	25	quadridum	quadrivium
293	ult.	Nemb.	Novembri
301	3	quia	qui
	17	fensim 10 1/2	fensim per 10 1/2
305	24	bene	pene
319	17	parum perinclinato	parumper inclinato
	penul.	Jeterius	Iesus,
322	20	fere	fere
323	27	quodam	quædam
332	8	casus	caſum.





He 3331

**ULB Halle**  
006 232 108

3



He



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



WENCESLAI TRNKA

DE KRZOWITZ

S. R. I. EQUITIS MEDIC. DOCT. IN REG. UNIVERS,  
PESTIN. PRAX. MED. PROF. P. O.

# HISTORIA HÆMORRHOIDUM

OMNIS ÆVI OBSERVATA

MEDICA CONTINENS.

VOLUMEN II.

OPERIS POSTHUMI  
EDITIONEM PROCURAVIT  
FRANCISCUS SCHRAUD  
IN EADEM UNIVERS. INSTIT. MED. PROF. P. E.

VINDOBONÆ,  
APUD CHRISTIAN. FRIDERIC. WAPPLER,  
MDCCXCIV.